379
M 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

379
M31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

XV A 442 m f

Gerardus de Lege Reg.a expressa dicit[u]r extat fragmentum in Ecclesia S. Joh. Lateranens in Monte Caelio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

KW 379
M 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

379
M 31

MARTINI SCHOOCKII
DE
FIGMENTO
LEGIS REGIÆ
EPISTOLA.

Ad Conſultiſſimum, Clariſſimum-que VIRUM,

D. ANTONIUM SCHOOCKIUM,
J. U. D. & Advocatum in Curia
Ultrajectina, ſuum Fratrem.



Koninklijke Bibliotheek 's Hage.

GRONINGÆ,

Typis JOHANNIS CÖLLENI, Bibliopolæ & Typographi, Anno 1661.

Johannes Theophilus Miller
1768.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Conſultiſſime & Dilectiſſime Frater.

AGnoſco lubens, recte apud Thucydidem libr. 3. reprehendi illos, qui ſunt ὑπερόπται τῶν εἰωθότων, καὶ δοῦλοι τῶν ἀτόπων, *contemptores opinionum uſitatarum & ſervi abſurdarum*: non minus enim petulantis ingenii pruriginem, quam judicii defectum probant, quotquot applauſum ſeculi ambiunt, per novarum opinionum portenta, nullum favorem impetratura, niſi parentes eorum quam tenerrime educare inſtituerent, quæ à prudentibus, ne publice nocerent, aut exponi, aut ad torrentem deferri ſolent. Nec tamen omnes muſteæ opinones, abſurdæ ſi-

mul haberi debent. Præcedentia ſecula Minerval præſenti debent: atque, ut paulatim diſciplinæ ad perfectionem ſuam contendunt, perpetuo novi quid iis ſuperadditur, quod ipſum aliquando æque antiquum agnoſcetur, quam nova aliquando fuerunt dogmata, quæ (antiquitatis præſidium ſi ſubducas) cæteroquin quam tenui tibicine ſuffulta ſunt. Videre hoc eſt in omnibus diſciplinis: in ipſa quoque Juriſprudentia veſtra: pro cujus ſacerdote licet me non geram, ad Jus Romanum tamen ſubinde tanquam explorator accedo, præſidium Philologiæ, Civili prudentiæ, & Hiſtoriæ ab ea mutuaturus. Quicquid exiſtiment quoque illi, quos Doctoratus Juris titulus ſupinat, fas putem eſſe omnibus, qui Romanæ hiſtoriæ illuſtrandæ ſtudent, non minus præſidium implorare à Juſtiniano, quam ex probe notæ hiſtoricis Romanis, Triboniani (quo miniſtro in compilando Jure uſui fuit Juſtinianus) ἀνιστορησίαν notares.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Illius ſcilicet Triboniani, de quo ſic exiſtimat Iconſult. ſummus Franciſcus Hottomannus, in epiſt. ante diſputat. feud. *Vbi ad Iuſtiniani imperium ventum eſt, tum vero planus noſter ac verè πανοῦρ-γος Tribonianus exſtitit homo facinoroſus, qui coactis aliquot operis ita legum & Iconſultorum libros circumcidit, ut ex copia illorum innumerabili, nihil nobis præter fragmenta quædam reliquerit, nullo ordine deſcripta: ſed ita confuſè ac perturbatè diſjecta, ut quaſi Sibyllæ folia eſſe videantur.* Exemplo virorum ſummorum, nuper, non tam ex profeſſo, quam incidenter hoc agere inſtitui: obiterque indicavi decantatam illam Legem Regiam, ad Sophiſmata Politica pertinere, adeoque valde fruſtra illos eſſe, qui nimium quam ſe fatigant in inveniendis ipſius incunabulis. Sententiam probarunt haut pauci ex amicis, & quidem tales, quibus naſum eſſe, fateatur ipſe Ariſtarchus. Improbarunt alii, ſuaſque rationes modeſte communicarunt. Non-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

nulli voluerunt ſatagere, nec ſuis ſolum, ſed ſociorum quoque copiis inſtructi, ex protrita quaſi mea ſententia, gloriam captare. Quod per omnes ſententiam in animo roborari ſenſerim (levibus argumentis, nullo ſui veſtigio relicto, ultro reſilientibus) diſtinctius illam & proponere & aſtruere decrevi. Ergo Legis Regiæ meminit Juſtinianus Inſtit. tit. de Jure Nat. Gent. & Civ. §. 6. *Sed & quod Principi placuit*, (inquit) *Legis habet vigorem: quum Lege Regia, quæ de ejus imperio lata eſt, populus ei & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedat.* Theophilus in Paraphraſi hic tantum quærit: Καὶ τί ἐστι βασιλεύς; Βασιλεύς ἐστιν, ὁ τὸ κράτος τοῦ ἄρχειν παρὰ τοῦ δήμου λαβών. *Cæterum ſub finem Paraphraſios ad hunc paragraphum hæc ocurrunt:* ὁ γὰρ δῆμος τοῦτον ἐχειροτόνησε, νόμου ῥεγίου τοῦτο κυρώσαντος, ὃς περὶ βασιλεία τεθεὶς, πᾶσαν βασιλεῖ δέδωκε κατὰ τοῦ δήμου ἐξουσίαν. *Quibus verbis innuit*, Populum in Principem *Lege Regia ſupremam poteſtatem detuliſſe.*

Meminit

Meminit iterum Juſtinianus leg.1.§.7. Cod. de vet. Jure Enucleando, in hiſce verbis: *Cum enim antiqua Lege, quæ Regia nuncupabatur, omne Ius omniſque poteſtas populi Romani in Imperatoriam tranſlata ſit poteſtatem.* Item Ulpianus, prout eſt exhibitus à Triboniano, leg. 1. D. de Conſtit. Princ. *Quod Principi placuit, Legis habet vigorem: utpote cum Lege Regia, quæ de imperio ejus lata eſt, populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat.* Nec in pluribus Juris Textibus, nec apud ullum ex antiquis Scriptoribus, ceu Græcis, ceu Latinis hujuſce Legis Regiæ, Principem quaſi concernentis, amplius mentio occurrit; cumque altum illius ſilentium notetur, apud illos, qui cum primis ejuſdem emminiſſe deberent, quantum fidei Juſtiniano, cum ſuo Triboniano, hic deferri mereatur, quæritur? Ego quidem audacter utriuſque fidem quam ſubleſtam eſſe pronuncio. Nec primus ita ſciſco, ſed ante me Connanus, Ic.

edecumati judicii, libr. 1. Comment. Juris Civilis c. 16. num. 3. *ita loquens:* Hinc elucidicari poteſt, quam vera & ſancta illa *Lex Regia* eſt, qua ſibi Romani principes ſummam in repub. potentiam, etiam ſi diis placet, Juriſconſultis noſtris approbantibus, attributam eſſe jactant. At, ſi Legem definivimus totius populi pactum & conventionem quandam eſſe, iis autem, quæ vi & coactu fiunt, nullus eſt conſenſus: Lex illa Regia Lex non eſt, neque iſta Lege populus Romanus tam conceſſit potentiam ſuam principi, quam ea ſe per vim ſpoliari magno ſuo dolore paſſus eſt. Qui poſt Auguſtum ſecuti ſunt principes, plus aut minus poteſtatis ſibi vendicaverunt, pro ſua bonitate aut æquitate quiſque; nemo tamen non tantum, quantum voluit. Id enim eorum voluntatis fuit, non populi. Sed dum hoc populi conceſſu volunt videri facere, occaſionem hujus Regiæ Legis invenerunt

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

quam tyrannidi ſuæ obtenderent, & ſub ejus obtentu omnia gererent pro libidine animi ſui. Jus itaque populo reddere ipſi quoque cœperunt, credo quod audiſſent primos illos Urbis Reges, operam in eo ſuam civibus dediſſe: tum vero ut ęquabilitate decernendi & audiendi lenitate, gratias ſibi omnium conciliarent, extinguerentque priſtinæ libertatis deſiderium, cujus formam quandam & ſpeciem æquitate conſtituenda præberent. Neque vero de omnibus cauſis judicabant, ſed de quibus viſum, & cum liberet, nunc prætorum loco, in ipſorum. tribunalibus, nunc in ſenatu, aut domi. *Hactenus Connanus.* cui ſuccenturio ARNOLDUM CLAPMARIUM Ic. & Politicum Doctorem egregium, qui ex parte idem exiſtimat libr. 2. Arcan. cap. 15. ubi ſequentia *offendo*: Pleraque regna vi & bello, nonnunquam per ſcelera, occupantur, qui titulus quandoquidem invidioſus eſt & vio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

lentus; conſultius eſtementiri Imperii
Leges & Sϲta, vel ſaltem invitis extor-
quere, quæ poſtea, omnibus aliis poſt-
poſitis ſola & veluti ἐν αἰνιγμοῖς magni-
fice oſtentaturi, ὅπως, ut ait Xiphil. μη-
δὲν δόσεως τινὸς ἔχειν δοκῶσιν, hoc eſt, *ut*
omnia habere videantur conceſſu populi. Si-
cut etiam *in contractibus privatis color quæ-*
ritur, ut ait Julianus l. 7. ff. de Sϲto Ma-
ced. Quo certior ſum *legem regiam* quæ
de Imperio Principis lata dicitur, qua-
ve populus ei, & in eum, omne Impe-
rium ſuum & poteſtatem conceſſit, an-
te Veſpaſiani imperium nullam fuiſſe,
vel ſi fuit, aut emendicata eſt, aut V
extorta, quicquid alii ſentiant. Velut
Sylla, fretus exercitu ac legionibus in
Urbem admiſſus, Dictatorem ſe in an
nos quinque lege Valeria creari juſſit
quam tamen legem M. Tullius nega
fuiſſe legem. Sic Auguſtus conſulatum
vigeſimo ætatis anno invaſit, admot
hoſtiliter ad Urbem legionibus, miſſi
que qui ſibi nomine exercitus depoſc

ren

rent. Cum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio Princeps legationis, rejecto ſagulo, oſtendens gladii capulum, non dubitaſſet in curia dicere: *hic faciet, ſi vos non feceritis.* Tranquillus in Auguſto. Et Coſmus Medices poſt Alexandri cædem Senatum Florentinum coëgit, ut ſe perpetuum ducem crearet. De donatione Conſtantini, nemo eſt tam bardus quin idem ſentiat: *Hæc quoque Clapmarius.* Nec tamen, Clapmarium mihi ὁμόψηφον eſſe percinaciter contenderim; ſiquidem aperte innuit, Legem hanc Regiam φάρμακον, aut, ſi ita malis, σόφισμα Politicum fuiſſe uſque ad tempora Veſpaſiani, atque, pro hujus imperio confirmando, demum latam eſſe. Mentem, ut tum commode proponere poſſim, (ſiquidem ex profeſſo hoc jam ago) tum etiam ſententiam (quam nemini obtrudere volo,) aſtruere; ante omnia ſtatus controverſiæ convenienter conſtitui debet. Eoque, putarim duas

quæſtiones hic diſtinguendas eſſe, &
ſimul quoque diſtincte conſideran
das. *Prior* hæc quidem eſt, an popu
lus Romanus, qui *olim imperium dabat*
(ut cum Satyrico loquar) ipſi Impe
ratori, omne ſuum imperium, omnem
que poteſtatem detulerit? *Altera* hæ
eſt, an populus hoc profeſſus fuerit
ſimul fatendo ſemetipſum imperio ab
dicaſſe, lata certa lege, quæ Regia di
cta fuerit? Quod ſi verum fuerit, la
tam fuiſſe legem, hujus argumenti; Re
giam quaſi dictam: næ verum quoqu
eſſe debet, quod prior quæſtio quæ
rit. At dato, Populum Romanum ul
tro renunciaſſe juri Comitiorum, at
que omne ſuum imperium & poteſta
tem in Auguſtum tranſtuliſſe, mox in
ferre non licebit, populum Romanum
legem quoque tuiſſe, quæ Lex Regi
dicta fuerit: quumn ulla quoque leg
lata, per ſolemnem quandam acclama
tionem, (prout in caſtris ſæpe factum
fuit, militibus, hoc illove ſive exau
ctorato

ctorato, ſive interfecto, alium Imperatorem ſalutantibus) jus ſuum alicui, velut Imperatori, cedere potuerit. Quibus præmiſſis, utramque quæſtionem ſigillatim expendam, hoc ſtipulando in anteceſſum, quod ſi minus feliciter forte circa priorem quæſtionem verſatus fuero; nihilominus, ob illa, quæ jam dixi, valere debere, quę ad alteram quæſtionem, obſervanda fuerint. Deveniendo ergo ad priorem quęſtionem, omnino ad eam, cum Connano, negativè eſt reſpondendum. Quod ut pateat, uno ſolum argumento, plenius deducendo, utar. Si ergo Populus Romanus, per ſui abdicationem, omne ſuum imperium in Principem contulit, hoc fecit aut nondum deficiente domo Julia, aut eadem jam extincta. At neutrum dici poteſt. De priori argumenti membro, ne quis dubitet, incipio à C. Julio Cæſare, qui poſtquam contendere inſtituit cum Pompejo, non minus gliſcere [c]œpit reſpubl.

quam Romanum Imperium miſere ja-
ctari. At, quanquam *republ. corrupta*
unicum remedium dominatio unius fuit, u
prudenter Tacitus cenſet l. 1. Annal.
cap. 9. & lib. 1. Hiſt. cap. 1. (hinc &
Pomponius JC. in famoſa illa Lege ſe-
cunda ff. de O. J. §. 11. cenſet *neceſſ*
fuiſſe Reip. per unum conſuli) ac Cicero
reſpiciendo Pompejanos, vere dici
lib. 4. Epiſt. Famil. ep. 24. *Si ii viciſſent*
ad quos acceſſeram, intelligebam tamen &
iratorum hominum, & cupidorum & inſo-
lentium, quam crudelis eſſet futura victoria
nihilominus Cæſari, neque à Populo
neque à Senatu & Populo ſimul, ſu-
prema poteſtas delata fuit. Quos Ordi-
nes ut diſtinctè conſiderem, à Senatu
incipio. apud Dionem Caſſium l. 43
hæc ſolum invenio: *C. Iulio Cæſari, de-*
victo Pompejo, primo à Senatu inter cæter
nomen Imperatoris decretum eſt, non pr
antiqua conſuetudine, qua id cum alii, tu
ipſe quoque ſæpius ex bello reportaverat; ne-
que ea ratione, quod ei merum imperium ab
ſolutam

ſolutamque poteſtatem deferrent; ſed eo modo, quo nunc iis, qui ſummum imperium obtinent tunc primo Cæſari primum impoſuerunt, tanquam ipſi proprium. Nec faventem per omnia Populum expertus fuit, eum licet in dominatione acquirenda adjutorem habuerit. Obſervatu digna ſunt Suetonii verba libr. 1. cap. 51. *Comitia* (inquit) *cum populo partitus eſt: ut exceptis conſulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera quos ipſe ediſſet.* Omnes vero ordines offendit, cum pro Dictatore ſe gereret: quod cum ſciret ſucceſſor illius, qui & per adoptionem filius erat, Octavius Auguſtus, *Dictaturam magna vi offerente populo, genibus nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt*, ut loquitur Sueton. lib. 2. cap. 52. cui aſtipulatur Paterc. libr. 2. & Dion lib. 53. Brutos vero Cæſar in ſe concitavit, aſſumpta candida faſcia, quod diadema referre videre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

videretur. Nam jam olim vitio datum fuerat Pompejo, quod candidam faſciam cruri alligaſſet. Quo reſpiciens Cicero lib. 2. ad Att. ep. 3. dicit: *Epicratem* (Pompeium intelligit) *ſuſpicor, ut ſcribis, laſcivum fuiſſe. etenim mihi caligæ ejus, ut faſciæ cretatæ non placebant.* Quare & dicere ſolitus erat Favonius: *Non refert, qua in parte corporis ſit diadema.* In Curia ipſa viginti vulneribus confoſſo Cæſare Julio, Idibus Martiis anno ab Urbe condita 709. quibus Senatum ipſe indixerat deliberaturus de bello Parthico, haut leviter non minus commotus eſt Populus, quam cædes ejus varie accepta. Ut enim Tacitus l. 1. Ann. c. 8. *dicit; Occiſus Dictator Cæſar, aliis peſſimum, aliis pulcherrimum facinus videbatur.* Poſt varias difficultates, filius Julii per adoptionem C. Octavius principatum indeptus Idibus Januariis anno ab V. C. 726 dici cœpit Auguſtus, *quod cognomen illi vero Planci ſententia, conſenſu univer*

Senatus

Senatus, populique Romani indidit, ut uſurpem verba Paterculi ex lib. 2. nec tamen omnem Senatus populique poteſtatem occupavit, gnarus ipſum Dictatoris titulum parenti infauſtum fuiſſe. Glaucomam potius qua Senatui, qua Populo offundere laboravit. Unde & *Comitiorum priſtinum jus reduxit*, ut Suetonius loquitur libr. 2. cap. 40. quod non intelligendum de illo jure veteri, quod integra libertate vigebat, ſed de eo, quod à Julio Cæſare inſtitutum erat; atque per bella civilia abolitum. Ex ejus formula Princeps cum Populo Comitia diviſa habebat, exceptis Conſularibus, quibus ſolus dominabatur. Quanquam & Populo, in electione Conſulum, à callido Auguſto quid conceſſum videtur, ut innuit Dion Caſſius libr. 54. recte vero idem obſervat lib. 53. hanc libertatem in ſpeciem ſolum Populo conceſſam fuiſſe, cum nihil fieret, niſi quod placeret Octavio Auguſto. Hæc ſcil. ſunt

ſunt illa imperii ſimulacra, quæ deſcri-
pturus acer Scriptor l. 1. Ann. c. ult. vo-
cat *ſpecioſa verbis, re inania, aut ſubdola;*
quantaque majore libertatis imagine tege-
bantur, tanto eruptura ad infenſius ſervitium.
Certe per has artes potentiam & au-
thoritatem ſuam Auguſtus firmavit, a-
que dum hos ludos Populo facit, *inſur-*
gere paulatim, munia Senatus, Magiſtra-
tuum, legum in ſe trahere, ut loquitur Ta-
cit. l. 1. Annal. c. 2. Crudo ſervitio tu-
tum vix erat, illud tentare, quod poſte-
non tam delatum fuit, quam tuto uſur-
patum. *Munia* vero *Senatus & Magiſtra-*
tuum in ſe traxit; dum Conſulibus, Tri-
bunis, & Prętoribus, honores, certis an-
ni cujuſque diebus iniri ſolitos, pro ar-
bitrio aut remiſit, aut prorogavit; item-
que omnia jura Imperii, & antiqua Se-
natus munia aut ipſe occupavit, aut ſu-
ſucceſſoribus occupanda reliquit. N-
hoc ſolum: *Leges quoque in ſe trahere.* Qu-
tenus non modo novas Leges tulit, ſ
antiquas abrogavit, quod libera repu-
ſe

bl. ſoli Populo Senatuique licebat, ſed & *leges retractavit, & quaſdam ex integro ſanxit, ut ſumptuariam, & de adulteriis, & de pudicitia; & ambitu, de maritandis ordinibus*, ut loquitur Suetonius lib. 2. cap. 33. Hæc omnia vero auſus fuit, non quidem Lege, Senatuſconſulto, aut Plebiſcito adjutus, ſed quod *nullus adverſaretur*, eodem Scriptore teſte: *Cum ferociſſimi per acies, aut proſcriptione cecidiſſent; cæteri nobilium, quanto quis ſervitio promptior, opibus & honoribus extollerentur.* Ut omnem vero invidiam amoliretur, nec aliis, quam volentibus imperaret, ſæpe ſpem fecit reſtituendæ libertatis, ſibique non niſi ad annos aliquot imperium prorogari paſſus eſt. Inde Suetonius lib. 2. cap. 28. *De reddenda* (inquit) *repub. bis cogitavit: primo poſt oppreſſum Antonium, memor objectum ab eo ſibi ſæpius, quaſi per ipſum ſtaret ne redderetur: ac rurſus tædio diuturnæ valetudinis: cum etiam magiſtratibus ac Senatu domum accitis Rationarium imperii tradidit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

tradidit. Sed reputans & ſe privatum non ſi ne periculo fore, & illam plurium arbitri temere committi, in retinenda perſeveravi.
Dion Caſſius libr. 53. prolixius han hiſtoriam deſcribens, teſtatur Octa vium antea egiſſe cum quibuſdam è Se natu, atque habuiſſe ſpecioſam oratio nem; qua ut onera reip. expendit, it viſus fuit omnibus his optare liberar cæterum ad preces eorum, qui omniu arcanornm gnari erant, coactum qua ſi fuiſſe, imperium ſuſcipere: quod egi amen, vir ſcil. modeſtus & ab amb ione alieniſſimus in decennium adm erit. exacto decennio, cauſſatus omn nondum compoſita eſſe, quinque nium ſuperaddi rogarit, & poſtrem iterum decennium, qua prorogati ne, imperium, quoad vixit, cont nuaverit. quæ ſi aliquis attentius co ſideraverit, Senatum Populumque R manum ſe non exuiſſe omni jure ſu illudque Auguſto ceſſiſſe, liquebit. h enim ſi factum fuiſſet, opus non fu
ſet pr

et prorogatione, & quidem ad certos annos. Verum quidem eſt, ſummos qua honores, qua titulos, Auguſto decretos fuiſſe. Ut enim Dion per interpretem loquitur ſub finem lib. 53. *Senatus Auguſto hos honores decrevit, ut Tribunus plebis perpetuus eſſet, ut quoties Senatus haberetur, etiamſi Conſulatum non gereret, de quibuſcunque rebus referre poſſet: ut Proconſulare imperium ſemper haberet, neque id in Vrbem intrans deponeret, aut renovando opus ei eſſet ut major ipſi in provinciis, quam præfectis earum ſemper poteſtas eſſet.* At, non omnia quæ conferebantur, admiſit: & quæ admiſit, pro arbitratu admiſit, Nam quamvis, ut cum Tacito loquar libr. 1. Ann. cap. 7. *Romæ ruere in ſervitium Conſules, Patres, Eques.* Ipſe tamen Auguſtus, maluit hæc videri per delegationem à S. P. Q. R. accepiſſe, quam ſuo jure obtinere. Inde nec vocari voluit Tribunus Plebis, licet Tribunitiam uſurparet poteſtatem. de qua ita Tacitus lib. 3. Annal.

cap. 56.

cap. 56. *Id ſummi* (inquit) *faſtigii vocabulum Auguſtus repperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adſumeret, & tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret.* Hinc quoque, licet poſſet, omnium Provinciarum regimen ſuſcipere recuſavit, ſed cum Senatu Populoque partitionem quaſi inſtituit, de qua prolixe agit Dion libr. 53. ita ut quædam Provinciæ Populi, aliæ Cæſaris eſſent. Tam callide tamen diviſionem hanc inſtituit, ut pacatas atque invalidas Provincias Proconſulibus relinqueret; ſibi vero retineret quæ aut annonam Urbi & Italiæ ſuppeditabant, aut, propter vicinum hoſtem bellique metum copiis perpetu teneri debebant. Scilicet, cum omni jam poſſet, & omnibus dominaretur dominus tamen videri noluit. Nam ut ſecundum Tacitum in veſtibul Annalis primi, *cuncta diſcordiis civilib feſſa nomine Principis ſub imperium accepi* ita teſte Suetonio lib. 2. cap. 53. *Dom*

ni appella

ii appellationem, ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruit. Quæ ſi quis expendat, Auguſtum proprio judicio videri voluiſſe Senatu Populoque inferiorem eſſe, liquebit: atque, ut ipſe Lanſius hic agnoſcit, Auguſti *prudentiam modeſtia* temperatam, *ne uno ictu veterem Romanæ reip. gubernationem vertendo, populum tyrannide opprimere videretur; ita commode* videmur ab ea argumentari poſſe, ut probemus Auguſtum populo inferiorem fuiſſe, quia ipſe voluit, & pro tali ſe geſſit, etiam illo tempore, quo pro arbitrio eidem inſultare poterat, quod, haut abſque riſu facere tentaſſet, ſi paſſus fuiſſet, ut ſpeciali lege Populus ſe abdicaſſet omni imperio, ipſeque illud per abdicationem populi ſuſcepiſſet. Nec me movere poſſunt, quæ à viris doctis in contrarium moventur. Juriſconſultus nulli ſecundus Bachovius ad d. §. 6. ut urget, quæ Auguſto decreta fuiſſe dicuntur, poſtquam ſimulaſſet ſe imperium deponere,

ponere, velle, & quæ jam indicata à nobis ex Dionis lib. 53. ita pro aſſerenda quaſi exiſtimatione Legis Regiæ, non dubitat ſubjicere, quæ *ſequuntur*: Et talem revera legem aliquam fuiſſe, confirmatur ex *Dione libr.* 53. ubi hoc tributum Principibus ſentit, ut legibus eſſent ſoluti, ὡς (hæc ſunt verba Dionis) λατῖνα ῥήματα λέγει, *ut ipſa Latina verba dicunt*, quod non niſi de verbis alicujus legis accipi poteſt: & poſt eam legem ſecutum Sectum in eandem ſententiam ibidem idem Auto ſcribit. *Hactenus* ὁ πάνυ Bachovius. Eadem habet, dum viveret nobis amiciſſimus D. Vinnius, ut videatur Bachovium exſcribere voluiſſe. Sic enim lego apud eum in Commentario ad d. *Latam autem fuiſſe Legem Regiam, idq ſub Auguſto, eamque ſecutum in eande ſententiam Senatuſconſultum, qua lege P puli omnis poteſtas Principibus conceſſa, ipſique legibus ſoluti ſunt, probatur teſtimonio Dionis, qui* libr. 53. *de Principi*

loquen

oquens, *λέλυνται, inquit, τοῖς νόμοις ὡς αὐτὰ* ατῖνα ῥήματα λέγει ut ipſa verba Latina onant, *quod non niſi de verbis alicujus egis accipi poteſt.* Eadem ſedulæ juventuti proponunt, quibus ſolemne eſt Theſes conſcribere, & lectiones Juridicas habere ſecundum filum eorum, quæ hi Duumviri diligenter in ſuis Commentariis ad Inſtitutiones collegerunt. Ut accedam ad examen hujus argumenti, quid eſt fucum facere, ſi hoc non ſit? Patebit, ſi integer Dionis locus, è quo viri egregii argumentantur, exhibitus fuerit. Is ita habet: ἤδεδε καὶ ἑτερόντι, ὃ μηδενὶ τῶν πάλαι ῥωμαίων ἐς πάντα ἄντικρυς ἐδέδη, προσεκτήσαντο, ὑφ᾽ ὧπερ καὶ μόνου καὶ ἐκεῖνα ἂν καὶ τ᾽ ἄλλα αὐτοῖς, πράττειν ἐξῆν. λέλυνται γὰρ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ λατινικὰ ῥήματα λέγει. Τουτέστι, ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεώς εἰσι, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. Eadem propemodum verba paucis demptis, apud Xiphilinum Dionis Epitomatorem oc-

currunt. Dionis Græca ita fere La-
tine ſonant ex recepta interpretatione:
*At vero & aliud quîd, nulli veterum Ro-
manorum ad omnia aperte datum, accepe-
runt. Ex quo vel ſolo & iſta & alia illis face-
re licet. Soluti enim ſunt Legibus, ut ipſa La-
tina verba edicunt: hoc eſt, liberi ſunt ab
omni obligatione legum, & nullo eorum, quæ
ſcripta ſunt, tenentur.* Me non fruſtra *Fu-
ci* mentionem feciſſe, ut confido, ſe-
quentia arguent. 1. Nam non loqui-
tur de Auguſto Dion, ſed, occaſio-
ne illorum, quę Auguſto decreta erant
excurrit in locum quaſi communem
& qualia uſurpant Romani Princi-
pes, (reticendo interim jus, ſecun-
dum quod illud uſurpent) ſuum pari-
ter interponendo judicium, prolixiu
exequitur. Adeo, ut Hiſtorici part
culare judicium de Romanis Princip-
bus in commune conſideratis, per e-
rorem ſummum & contra ejuſde
Scriptoris mentem, ſecundum ve-
tatis hiſtoricæ quaſi rationem, uni A-

gu

uſto applicetur. 2. Quum Dion, qui
: ipſe Conſul Romanus fuit, cum
lexandro Principe Mammææ filio
nno ab v. c. 981. Palatinis artibus in-
ructus, conſiliiſque innutritus fue-
it, quis dubitet eum, quum hiſto-
iam ſcribere inſtituiſſet, eam ornare
oluiſſe, ut cum maxime domui Au-
uſtæ placeret. 3. Legis nullius, ne-
lum Regiæ meminit Dion, atque in-
uſpicato verba hæc urgentur: ὡς ἀυ-
τὰ λατῖνα τὰ ῥήματα λέγει. Volebat ſo-
um explicare, quid Latinis ſit *Legibus*
ſolvi, atque cum Græca formula, ean-
dem Emphaſin habens, ſibi non oc-
curreret, contentus fuit verbum ver-
bo reddidiſſe. Eâdem, quâ Dion, qua
Xiphilinus quoque locutione utitur.
Sic enim hic ipſe de Tiberio dicit: ἐν
τίνι δέποτε δόγματι ῥήματι μὴ λατίνῳ χρη-
σάμενος. Quod æque abſurde aliquis ad
ſpecialem quam legem applicuerit, at-
que per λατῖνα ῥήματα, Lex ſpecialis,
Latino quaſi idiomate concepta, in-

telligitur. 4. Dion ut diſſerit de prærogativis Romanorum Impp. ita ad ſummum dicit, eos legibus ſcriptis, ſeu poſitivis ſolutos eſſe: expreſſe enim loquitur περὶ τῶν γεγραμμένων. atque, cum ratione Leunclavius, qui poſtea Dionem edidit, notavit Xylandrum, quod licentioſius in gratiam principum, Dionis verba vertiſſet. Quid vero eſt τὸ γεγραμμένον, niſi jus ſcriptum? Et ἀναγκαία νόμισις, ſeu legum neceſſitas, aliud quam jus civile, & jus mere poſitivum? Quid vero ſit *Legibus ſolvi* ex Romanæ reip. formula, ipſi Dioni, Conſulari licet, viſum fuit difficile explicatu: eoque, quod non occurreret ſimilis apud Græcos locutio, κατὰ τὸ ῥητὸν, ut Grammaticorum filii loqui amant, Romanam formulam reddidit. Ergo ante omnia in verum & genuinum illius ſenſum inquirendum fuerit, quam declaraturus, initio obſervandum, florente quoque republ. Romana, formulam hanc receptam fuiſſe. Suet. lib. 1. c. 18. de Julio

de Julio Cæſare: *Cum edictis jam Comitiis ratio ejus haberi non poſſet, niſi privatus introiiſſet Vrbem, ambienti ut legibus ſolveretur, multi contradicerent, coactus eſt triumphum, ne conſulatu excluderetur, intermittere.* & Cicero Orat. pro lege Manilia de Pompeio: *Quid tam ſingulare, quam ut ex Sc. legibus ſolutus Conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per legem capere licuiſſet?* Idem Philipp. II. ironice: *Ille homo ſummâ potentia, ſolvatur legibus, quamvis Leges eum non teneant.* Ita P. Scipio Æmilianus legibus ſolutus: & ſpeciatim lege Comitiali C. Marius & Cn. Pompejus: fruſtra (ut modo nos docuit Suetonius) idem ambiente Cæſare. Similiter florente Rep. Dictatores, aliique cum ſummo imperio in bellum ituri, Legibus ad tempus ſolvebantur, ut prolixe oſtendi poſſet. Atque olim Romæ neminem lege aliqua ſolvi potuiſſe, hoc eſt, præſtatione alicujus rei ſpeciali lege prohibitæ, niſi per populum, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

relatione ſaltem ad eum facta, ſi Sena-tuſconſultum interveniret, ex argu-mento, quod Aſconius Pædianus ora-tioni Ciceronis pro C. Cornelio præ-fixit, jam diu alii collegerunt. Hæc ve-ro à lege exſolutio cum jure naturali &c gentium conſpirare poterat, aut ſi con-cerneret certum quem ritum, aut poli-tici quid, circa quod ſalva juſtitia & honeſtate Populus diſpenſare poterat. Sic cum lege cautum eſſet, teſte Plutar-cho in Cæſare, ut triumphum petentes extra Urbem manerent, conſulatum vero præſentes peterent, C. Julius Cæ-ſar qui & trumphare optabat & conſu eſſe, lege ſolvi voluit. Similiter anna-ria lege Pompejum ſolvit Populus, & ante eum Scipionem Africanum majo rem: quod conſiderans Valerius Maxi mus eleganter dicit lib. 8. cap. 15. *Su periori Africano conſulatus citerior legitim tempore datus eſt.* Quod vero Cctaviu Auguſtus in perſequendis percuſſori bus Patris, ſubigendo Antonio, & exuend

exuendo Lepido, multa *adverſus leges auſpiciaque geſſiſſet*, & vereretur ne *ad diſquiſitionem Senatus vocaretur*, ut loquar cum Suetonio lib. 6. cap. 2. promiſſo Populo congiario, antequam Urbem ingrederetur ut legibus ſolveretur per Senatum, impetravit. Diſtincte narrat Dion Caſſius, l. d. ſic per interpretem loquens: *Auguſto X. C. Norbano Conſulibus, Calendis Ianuariis Senatus juramento confirmavit, ſe ejus acta approbare: cumque jam Vrbi appropinquare diceretur (nam propter morbum diutius abſuerat) ac pollicitus populo viritim centenos eſſet denarios, negaſſetque ſe prius id proſcripturum, quam Senatus aſſenſiſſet, omni eum legum neceſſitate Senatus liberavit, ut veluti demonſtratum à me eſt,* (reſpicit ſuperiorem locum) καὶ αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν νόμων πάντα τὲ ὅσα βούλοιτο ποιοίη καὶ πάνθ' ὅσα ἂν μὴ βούλοιτο, μὴ πράττῃ, *vere cum plena poteſtate perfecteque ſui juris, legibuſque ſolutus, agere aut non agere omnia ſuo*

poſſe pro arbitrio. Hæc abſenti Cæſari decreta. Reſpicit ſcil. annum ab V. C. 730. ad quem referenda ſunt hęc Oroſii verba lib. 6. cap. 18. *Ovans* (loquitur de Auguſto) *Vrbem ingreſſus, ut in perpetuum tribunitiæ poteſtatis eſſet, à Senatu decretum eſt.* Caveſis vero hæc Dionis verba aliter interpretere quam de legibus Populi Romani, concernentibus aut quaſdam ſolemnitates, aut etiam ordinem à Magiſtratibus domi militiæque obſervari ſolitum, quem cum multis modis Octavius violaſſet, ipſius intererat his legibus ſolvi, & in poſterum privilegium conſequi ab iis, quæ Senatus Populuſque Romanus ſciſcere ſolitus erat. Aperte illud docet ſuperior Dionis locus, ab interprete minus commode acceptus. Nam hæc verba ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως, non debent intelligi, aut de *omni abſolutione legum*, multo minus *de jure gentium; quod omni humano generi commune eſt*, ut voluit ὁ μέγιστος Salmaſius de Fœnore Trapezi-

Trapezitico pag. 401. ſed de ritu ſolemni, ſecundum leges Romanas definito, ut rectè vidit Græcæ Linguæ conſultiſſimus Sylburgius, in Formulario ſuperaddito Syntagmati Hiſtoricorum Græcorum, qui Romanam Hiſtoriam ſcripſerunt. Ita, idem Dion lib. 37. dicit Judæos ἐς παῤῥησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι. Quod certe non poteſt intelligi quam de Legibus, quæ Judęis peculiares ritus præſcribebant. Pariter apud Dionem, Xiphilinum, & Herodianum utramque paginam facit hæc formula; ὥς νομίζουσι ῥωμαῖοι, quando notare volunt, aliquid fieri ritu Romano. Ex his hactenus bona fide ſecundum hiſtoriæ filum deductis, colligi poteſt vera interpretatio decantatæ illius legis *Princeps*, quæ ut præſcriptum habet Ulpiani nomen, ita eſt Lex 31. ff. de LL. Scio quidem verba Ic. *Princeps legibus ſolutus eſt*, latius longe extendi, imo non modo ad jus gentium, ſed jus naturale quoque. At im-

pie, & contra ipſius Ic. mentem. Quod Antigone apud Sophoclem in Tragædia cognomine (v. 457.) Chreonti dicit:

> Οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην, τὰ σὰ
> Κηρύγμαθ', ὥστ' ἄγραπτα κἀσφα-
> λῆ Θεῶν
> Νόμιμα δύνασθαι θνητὸν, ὄνθ' ὑπερ-
> δραμεῖν.
> *Neque poſſe tantum putavi*
> *Tua edicta, ut non ſcriptas & cer-*
> *tas Deorum*
> *Leges poſſit violare mortalis.*

Optarent dominantes; atque non defuerunt omni ævo qui iis occinerent, quod eadem Antigone ibid. dicit, verſ.. 511.

> Ἀλλ' ἡ τύραννις πολλά τ' ἄλλα εὐ-
> δαιμονεῖ,
> Κἄστιν αὐτῇ δρᾶν λέγειν θ' ἃ βούλεται.
> *Sed Tyrannis cum aliis in rebus*
> *beata eſt,*
> *Tum quia licet ei dicere & facere*
> *quæ vult.*

Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Atque hinc modeſti per ſe Principes hac perſuaſione decepti, quaſi juſtum ſit omne, quod ipſis placuerit, impelluntur in nefas. Sic Artaxerces ſcelus infandum adortus eſt, & rem prorſus non modo apud cæteras gentes, ſed etiam apud ipſos Perſas, quibus pręerat inſolitum, propria filia in uxorem ducta, matre ejus ultro, libidinem adhuc pudoris non omnino oblitam arceſſente illis verbis quæ etiam retulit Plutarchus, Πέρσαις νόμον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ϗ δικαιώτην αἰσχρῶν καὶ καλῶν ἀποδεδείγμενον. Sic Claudius Agrippinam fratris filiam, cum ejuſmodi matrimonium inceſtum uſque ad illa tempora habitum eſſet, in conjugem aſcivit, ſibi, non diſſimili aſſentatione adhuc teneros & debiles illiciti amores ignes demulcente. Similia etiam verborum blandimenta Antoninum Caracallam ad inconceſſos cum Julia noverca ſua hymeneos egere præcipitem & cum etiam à ſcelere abſtenturus videretur, adhuc laban-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

tem ſollicitavit illa nefariæ mulieris aſſertio, *ſi libet, licet; neſcis te imperatorem eſſe, & leges dare non accipere.* Nimis illud eſt periculoſum infinita tribuere potentibus, qui jam pleraque contra jus faſque ſibi permittunt: Incendunt illa ambitum, & majores ad delinquendum præbent illecebras. Non tutò igni reſtinguendo oleum injicitur. In aures autem principum perpetuo inſuſurrare, quod ipſis placuerit pro lege eſſe, quid aliud eſt, quam Pythagoras palam vetabat πῦρ σιδήρῳ σκαλεύειν. Aliud qui docent, Principes viros transformare laborant in Antichriſtos Politicos. Ut enim de filio perditionis prædictum fuit, quod *ſe elaturus eſſet, ſupra omne illud, quod dicitur Deus, aut Numen*, 2. Theſſ. 2.4. Ita legas; *Culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus*, de Papa Bonifacio Diſtinct. 40. &, *Papæ nemo audeat dicere, Domine, cur ſic facis?* Gloſſ. ad Extr. de conceſſ. Præb. Quando enim legum

obliviſci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

oblivisci præſumunt, qui jus ferendarum legum habent, completur illud Salviani, libr. 4. de Provid. *Ideo deteriores eſtis, quia meliores eſſe debetis.* Adeo periculoſum eſt, à Lege recedere ipſis Regibus quoque: imo adeo periculoſum eſt præſumere, conceſſum ſibi eſſe adverſus Legem privilegium. Lex naturæ, ipſius Dei, qui Naturæ conditor & conſervator, Lex eſt. quæ ut communis eſt omnibus hominibus, quatenus ratione utuntur; ita Jus gentium cenſetur ratione concluſionum, quas ex primis juris innati principiis, communi ſuffragio illi populi eliciunt, quos ratione & niti & uti certum eſt. Vere Tullius lib. 2. de Legib. *Legis vis* (inquit) *non modo ſenior eſt quam ætas populorum & civitatum; ſed æqualis illius cælum & terras tenentis & regnantis Dei.* Quid, niſi θεομαχίαν Cycoclipicam ergo, illi (hoc etiam tempore pro dolor!) ſuadent, qui ſpecioſe concludere videntur Reges ſolu-

tos eſſe ipſis legibus naturæ, imo Dei. Leges naturales etiam contra Principem valent, omniſque illegitima exceptio reijcitur: Καὶ κατὰ βασιλέως οἱ γενικοὶ κρατείτωσαν νόμοι: ut dicitur lib. 2. βασιλικ. tit. 6. cap. 6. Et ut ait Ulpianus leg. 42. de V. S. Etiam *probra quædam natura turpia ſunt, quædam civiliter, & quaſi more civitatis. Vt puta furtum, adulterium, natura turpe eſt.* Nec juvat eos, qui diſſentiunt, Rex Salomon, quando Eccl. 8. ℣. 3. dicit: *Vbicunque verbum regis eſt, ibi dominatio: & quis dicat ei, quid facis?* Nam locus hic intelligendus eſt, de ſubditis, ut talibus, & Regum aulicis, quibus fas non eſt regem arguere, quamdiu legitime & juſte imperat. Cæteroquin ipſis Iſraëlis regibus leges Deus præſcripſerat Deut. 17. atque Deus rex ille regum, imo *rex æternus & inviſibilis*, 1 Tim 1. 17. eos, ſi legum ſuarum oblivi ſcantur, *conſtringet virga ferrea, &, ut vas figlinum diſſipabit*, Pſalm. 2. 9. imo, ultimo judicii

dicii die, *vindemiabit ſpiritum anteceſſorum, cum fuerit formidabilis regibus terræ,* Pſal. 76. 13. Quid quod, Davidem, virum alias & regem ſecundum cor Dei, non modo arguerint Nathan, 2. Sam. 12. & Gad, 2 Sam. 24. videntes & Prophetæ Dei; verum etiam ipſe Joabus, exercitus Imperator, (approbante Deo, ut patet ex eventu) dicendo ad Davidem, quum populum numerare vellet: *Cur quæreret iſtud Dominus meus? cur eſſet ad dandum reatum Iſraëli?* 1 Chr. xxi, 3. Tempore Novi Teſtamenti Johannes Baptiſta dixit Herodi, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Marc. 6. 18. Aliud ſuadere quoque non poteſt primum Salomonis judicium; à Salomone ut homine, ſecundum mentis ἀγχίνοιαν magis, quam legem Dei inſtitutum. Nam quum mater propria, cujus στοργὴν Rex ſapiens exuſcitare volebat, potuiſſet ſui quoque infantis obliviſci, Deo ipſo non obſcure innuente Eſaiæ cap. 49. 15.

anceps

anceps admodum fuit gladius, qui ſi non ut judex, ſaltem ut arbiter regi offerebatur. Quomodo nec quiſquam probarit Claudii, principis alias fatui, judicium in ſpeciem licet prudens, nec facile è cucurbita exſpectandum, quum, teſte Sueton. libr. 5. cap. 15. *fœminam non agnoſcentem filium ſuum, dubia utrimque argumentorum fide, ad confeſſionem compulit, indicto matrimonio juvenis.* Ancipiti quippe aleæ expoſitum fuit. Nam & hæc fœmina naturæ vim facere potuiſſet, inceſtum committendo. Ariſtoteles, tantum abeſt ut juvet illos, qui in alia omnia abeunt, Principem exemplum vult eſſe ſubditis, circa propriarum quoque legum, quibus videri poſſet exemptus eſſe, obſervationem. Inde illud aureum monitum lib. ſecundo Politicorum: ὅτι δ' ἂν ὑπολάβῃ τίμιον εἶναι τὸ κύριον, ἀνάγκη καὶ τὴν ἄλλην πολιτῶν δόξαν ἀκολουθεῖν. Verum quippe illud Ciceronis in tertio de Legibus: *Nam licet videre*, inquit,

ſi velis

ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcunque ſummi civitatis viri fuerint, talem civitatem fuiſſe; quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſecutam. atque ſecundum Paterculum lib. 2. *Princeps optimus recte facere cives ſuos faciendo docet, cumque ſit Imperio maximus, major vult eſſe exemplo.* Obſervent ergo non modo communes gentibus leges, maxime Divinas, quatenus his videri poſſent contradiſtingui, ſed ſuas quoque, quibus aliàs ſoluti eſſe videntur. Nam, vel eo maxime illis obſequi debent, ut facilius eiſdem ſubditi pareant. Auctoritatem non poteſt habere ſermo, qui non juvatur exemplo: quum iniquum ſit bona præcipere, & talia non feciſſe. Sic Zaleucus, ſic Charondas, ſic alii leges à ſe latas ſupplicio domeſtico ſanciverunt. Ipſi Juriſconſultorum filii non diffitentur, filium immerentem à patre exhæredatum, querelam inofficioſi teſtamenti poſſe movere adverſus

Princi-

Principem, à patre ſuo hæredem inſtitutum, perinde ac contra privatum civem quereretur. Ipſum civile jus ut auſpiciis Juſtiniani Imp. per Tribonianum compilatum eſt, hoc non ſuadet, ſed monet, & urget. leg. 3. Cod. de Teſt. Alexander Severus Imp. ſic reſcribit Antigono: *Ex imperfecto teſtamento nec Imperatorem hæreditatem vindicare, ſæpe conſtitutum eſt: licet enim Lex imperii, ſolemnuibus juris imperatotorem ſolverit: nihil tamen tam proprium imperii eſt, quam legibus vivere.* Atque, *licet enim legibus ſoluti ſimus, attamen vivimus legibus*, ajunt optimi Imperatores Severus & Antoninus §. fin. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm. Se quoque poſteritati in perpetuum commendarunt Imperatores Theodoſius & Valentinianus, cum leg. 4. Cod. de Legibus ſic reſcriberent: *Et digna vox eſt Majeſtate regnantis, legibus* (civilibus ſcil. quibus alias exemptus eſſe poſſet) *alligatum ſe Principem profiteri, & revera majus imperio eſt, ſubmittere legibus Principatum.*

cipatum. Siquidem ut Paulus Ic. dicit leg. 23. ff. de Leg. 3. *Decet enim tantæ Majeſtati, eas ſervare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur.* Cui conſonans apud Caſſidorum libr. 9. Rex Athalaticus, pronunciat: *Summis Principibus juris communione vivendum eſſe,* Atque prudentiſſime viſus eſt Apollonius Tyanæus, apud Philoſtratum de vita illius libr. 5. cap. 13. Veſpaſianum, Romanum imperium affectantem, admonuiſſe, ut legi obediret, eamque ſibi dominari ſineret: utque caveret, ne quodcunque vellet, ſibi licere crederet. Quo nomine jure merito à Pacato Theodoſius commendatus his verbis: *Quid tua intererat te Principem fieri, qui futurus eras in Imperatore privatus? idem es qui fuiſti, & tantum tibi per te licet, quantum per leges licebat. Unum tibi præſtitit principatus ut certum haberemus, omnes etiam ſub Imperatoribus aliis, vixiſſe te legibus tuis. Nam, qui nihil facit licenter, cum poteſt, nunquam voluit.* Hoc vero alie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

ro alienum à Majeſtate principis eſſe, nemo ſibi perſuadeat. *Nam*, (ut ait Plin. in Paneg.) *cui nihil ad augendum faſtigium, ſupereſt, hic uno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſum ſubmittat, ſecurus magnitudinis ſuæ. Neque enim ab ullo periculo fortuna principum longius abeſt, quam ab humilitate.* Quare Theodoricus Rex apud Caſſiodorum l. 1. ep. 12. ſic dicit. *Quanquam poteſtati noſtræ, Deo favente, ſubjaceat omne quod volumus,* (loquitur ex ſuo ſenſu) *voluntatem tamen noſtram de ratione metimur, ut illud magis æſtimemur elegiſſe, quod cunctos dignum eſt approbare.* Dicat ergo impius ille Lycus apud Senec. Herc. Fur. act. 2. ſc. 2. *Quod Iovi, hoc Regi licet.* atque apud eundem cothurnatum ſcriptorem hæc Tyranni jactent, Thyeſt. 2. 1. *Sanctitas, Pietas, fides privata bona ſunt: qua lubet, Reges eant.* & iterum: *Vbicunque tantum honeſta dominanti licent, precario regnatur.* item Lucanus lib. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere juſta
Incipit.

Bonus Princeps perpetuo probabit illud Salluſtii in Catil. *In maxima fortuna minima licentia eſt.* gnarus ſiquidem eſt, quod, *quanto plus liceat, tam liceat minus*, ut loquitur Auſonius in Panegyrico Gratiano dicto; & quid tutius uſurpare poſſit, quam illud, cujus meminit Calpurnius Flaccus Decl. 16. *Libuit & licuit.* Hæc occaſione famoſiſſimæ Legis annotare debui: cujus fimbrias per Juſtinianum, Imperatorum ambitioſiſſimum dilatatas fuiſſe, infra docebo, quando agam de genuinis Legis Regiæ parentibus. Ut vero ad Auguſtum redeam; ex iis quæ hactenus dixi, abunde liquere confido, Romanum Populum neutiquam in eum, ultro omnem ſuam poteſtatem contuliſſe, nec favere Dionem Caſſium, quanquam viri egregii, eum in partes ſuas ſollicitare, omni conatu jam diu annixi fuerunt: Unum forte alicui adhuc

adhuc occurret, ut ſequius de Auguſto ſtatuat, quam hactenus me perſuaſiſſe confido, nempe quod Dion Caſſius libr. 51. pag. 523. Edit. Steph. 1592. hæc verba de Auguſto uſurpet, ubi agit de honoribus, ei à Senatu decretis: ἐκκλητόν τε δικάζειν, καὶ ψῆφόν τινὰ αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις ὥσπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι. quæ ſic reddidit Xylander: *Vtque ad eum* (Auguſtum ſcil.) *provocationes fierent, ac ipſe in omnibus judiciis ſuffragium quaſi Minervæ ferret.* Stephano ſuſpecta hæc lectio eſt, ψῆφον Ἀθηνᾶς φέρεσθαι: Alii tamen præeunte Eraſmo putant eſſe dictum παροιμιῶδες. His accedit Vir Cl. & undiquaque doctiſſimus D. JOACHIMUS BORGESIUS, Collega plurimum honorandus, in quo velut Jove ſtatore Muſas habituras eſſe præſidium, certo auguror, & credent, quotquot ſapere ſciunt, ſimulac publici juris fecerit, quæ ad Senecam & Plinium Nepotem obſervavit. Putabat is per ψῆφον Ἀθηνᾶς intelligendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

igendum eſſe ſuffragium, à quo non iceat provocare: quod Jupiter ſuæ Minervæ hoc gratificatus fuiſſe fingatur, ut quicquid à ſe petiiſſet, mox conſequeretur, adducebat que eum in finem hæc Callimachi, ex hymno εἰς λουτρὰ Παλλάδος ſub finem:

> Ὣς φαμένα κατένευσε. τὸ δ' ἐντελὲς ᾧ κ' ἐπινεύσῃ,
> Παλλὰς, ἐπεὶ μώνᾳ Ζεὺς τόγε θυγατέρων
> Δῶκεν Ἀθαναίᾳ, πατρώϊα πάντα φέρεσθαι.

Ut meam quoque opinionem proponam, omnino exiſtimo ψῆφον Ἀθηνᾶς proverbii rationem habere. Nemo ita in Mythologia hoſpes & peregrinus eſt, quin ſciat Minervam velut σοφίας καὶ φρονήσεως imaginem veteres ſibi & & propoſuiſſe, & veneratos fuiſſe. Notum illud Euſtathii ad Iliad. α. ἠθικῶς δὲ φρόνησίς ἐστιν ἡ Ἀθηνᾶ. διὸ καὶ Διὸς καὶ Μήτιδος εἶναι λέγεται, ἤτοι νοὸς, καὶ βουλῆς. Et quoniam prudens ac ſapiens ſententia, præ quacunque alia ſuffragatores

habere

habere meretur, quicquid in Deorum conſilio ſtatuebat Minerva, à Jove ipſo decerni putabatur, ſimul promerebatur applauſum univerſi Deorum Senatus. Ariſtides Orat. in Minervam: γνώμην εἰπεῖν Ἀθηνᾷ δοκεῖ πρὸς τοὺς Θεοὺς, ἡρακλέα θεὸν εἶναι ψηφίσασθαι, οἱ δέ ὥσπερ ἂν εἰ ὁ ζεὺς αὐτὸς εἰσηγεῖτο, δέξασθαι. *Quibus ex rebus Minerva ſuffragium apud Deos tuliſſe de Hercule inter ipſos recipiendo, illi vero ipſius ſententiam, non ſecus ac ſi à Iove fuiſſet profecta, comprobaſſe videntur.* Eoque ψῆφον Ἀθηνᾶς expoſuerim potius de conſilio, quod Cicero ſæpius Ἀρχιμήδειον in Epiſtolis vocare ſolet: & quod Scriptura tribuit Achitopheli, cujus conſilium habebatur, atque ipſius Dei, 2 Sam. XVI, 23. quale cum putaretur ſuggerere Auguſtus, Senatus circumſcriptus ſequendum omni tempore putavit. At dato, Sc. etiam factum fuiſſe, quo Senatus Auguſto promiſiſſet ſanctiſſime quoque, ſe pedibus tranſiturum eſſe in quamcunque ipſius ſenten-

ententiam;an inde cum ratione colligi
oſſet, pariter S. P. Q. R. omnem ſuam
oteſtatem in eumſimul & ſucceſſores
qui hoc tempore in incerto adhuc
rant) tranſtuliſſe? Philippus Mace-
lo, Satyro hiſtrioni διοβεβαιώσατο πᾶν
τι ἂν αἰτήσῃ χαρίσασθαι, apud Diodo-
um Siculum lib. 16. nec diſſimile pro-
miſſum Ahaſueri ad Eſterem, cap. 5. 3.
n l. Eſth. & Herodis ad Herodiadem
Matth. XIV, 7. quis cum ratione ta-
men inde intulerit, voluiſſe eos dia-
dema abijcere, & ſimul cum ſceptro
cedere iis, quibus per temeritatem ta-
lia promittebant? Potuit Senatus gra-
tificari Auguſto eo uſque, ne quis ab eo
in Ampliſſimo conſeſſu diſſentiret, &
tamen hactenus integram ſibi præſtare
ſupremam poteſtatem. Adeo ut ne qui-
dem ab hoc privilegio, quod an Augu-
ſto Senatus decreto delatum fuerit, cum
ratione dubitatur, noſtræ opinioni
nihil incommodi obvenire poſſit. Ac-
cedo ad Tiberium, qui parentis arti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

bus inſtructus, æque graphice Senatui Populoque Romano ſcivit ludos facere. Et quidem Auguſtus, vacua jam domo ſua per Liviæ artes, quum Tiberio imperium deſtinaſſet, ante omnia hæc, quæ mater ipſius erat, procuravit, ut *lege per Coſſ. lata, Tiberius provincias cum Auguſto communiter adminiſtraret, ſimulque cenſum ageret*, ut loquitur Sueton. lib. 3. cap. 21. augurabatur quippe univerſum imperium indepturum eſſe, qui illius partem obtineret. Dici tamen non poteſt, quam, mortuo jam Patre, Tiberius tergiverſatus fuerit imperium ſuſcipere. fuſe hoc explicat Tacit. libr. 1. & Sueton. libr. 3. cap. 43. *Cauſſa præcipue ex formidine, ne Germanicus in cujus manu tot legiones, immenſa ſociorum auxilia, mirus apud populum favor, habere imperium, quam exſpectare mallet.* Princeps jam, nihil ei æque curæ, quam ut *ſimulacra libertatis Senatui præberet*, prout lib. 1. Annal. cap. 77. Tacitus dicit. Eoque

que ut cum Dionis interprete ex l. 57. loquar: *Suo arbitrio nihil aut perpauca agebat: de rebus etiam minutiſſimus ad Senatum referebat, poſito in foro tribunali, in quo de minutiſſimis rebus jus diceret: ſemper conſiliarios exemplo Auguſti habebat, neque tamen, niſi communicata prius etiam re cum cæteris, quicquam ſerium peragebat: propoſita ſua in medium ſententia, non tantum omnibus contradicere liberum relinquebat, ſed ferebat etiam aliquando contraria ſuæ ſententiæ decreta fieri.* Ex re quoque fuerit expendiſſe illa, quæ habet Suetonius lib. 3. cap. 26. qui hæc cap. 30. de eodem quoque perhibet: *Quin etiam* (inquit) *ſpeciem libertatis quandam introduxit, conſervatis ſenatui ac magiſtratibus & majeſtate priſtina & poteſtate: neque tam parvum quicquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur.* Hoc ſcil. ſimulacrum dominationis maximum, Senatui omnia deferre, &, quando etiam ſervit, ſuperiorem cenſere. At pericu-

loſa eſt hæc morientis libertatis imago, cui (ut modo videbimus) nemo abſque periculo contradicere audebat. Certe Tiberio tam projecta fuit Senatus authoritas, ut *homines ad ſervitutem natos*, exclamaret & irrideret, teſte Tacit. l. 2. Ann. Perſonam autem hanc tam diu circumtulit, quam incolumis eſſet Germanicus. Poſtea *paulatim Principem exercuit, præſtititque: etſi varium diu, commodiorem tamen ſæpius, & ad utilitates publicas proniorem*, ut loquitur Suet. lib. 3. cap. 33. Circumſcripſit vero populum: coërcuit Senatum. De Populo ſic Tacitus lib. 1. Annal. c. 15. *Tum primum* (inquit) *è campo Comitia ad Patres tranſlata ſunt. Nam ad eum diem, etſi potiſſima arbitrio Principis, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant, neque populus ademptum jus queſtus eſt niſi inani rumore.* De Senatu vero ita proxime idem Tacitus: *Senatus largitionibus ſordidis exſolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos deſignaret, ſine*

repulſa

repulſa nominandos. Obniti quidem voluit non nemo è Patribus conſcriptis; ſpeciatim Gallus, ad ſervitium haut factus, ut videre eſt apud Tacit. lib. 2. Ann. cap. 35. ſed, conatu irrito. Nam recte idem Scriptor cenſet, eodem libro cap. 38. *Indicationem Senatus, incitamentum Tiberio fuiſſe, quo promptius adverſaretur.* Ne à lineis aberremus, notemus, hunc ipſum Tiberium firmato Principatu, populum jure Comitiorum, (Centuriatorum ſcil.) exuiſſe. Ergo non accepit: ergo Lege Regia hoc ei decretum non fuit. Nunquam vero ab hoc tempore jus hoc Populus recuperavit, quicquid alii etiam cenſeant. Vere Scholiaſtes Juvenalis ad verſ. 77. Sat. 10. qui ita habet: *Ex quo ſuffragia nulli, vendimus*; ſequentia commentatur: *Id eſt, ex quo non eſt imperium populi, quod per ſuffragia diverſis vendat. Hoc poſt Auguſti monarchiam, ex quo imperatores eſſe cœperunt.* recte notat poſt Auguſti Monarchiam illud acci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

diſſe, quod à Tiberio ſtatutum & definitum eſt. Fateor, Tacitum ſub finem libr. 1. Annalium meminiſſe Comitiorum Conſularium, ſub Tiberio quaſi habitorum, ſed qualia illa fuerint, ipſe, qui ſecreta domus Auguſtæ, atque Urbis Romanæ quam exploratiſſima habebat, inquirere neutiquam potuit. Ita enim loquitur: *De Comitiis*, inquit, *conſularibus, quæ tum primum illo Principe ac deinceps fuere, vix quicquam firmare auſim; adeo diverſa non modo apud auctores, ſed in ipſius orationibus reperiuntur.* quæ illuſtrari poſſent ex Dionis lib. 58. ſi tanti eſſet. Incerta vero hæc Comitiorum Conſularium ratio explicari non inconvenienter poterit; ſi obſervetur, Tacitum non diſtinguere inter *ordinationem Conſulum*, quæ à Tiberio uſque frequentari conſuevit, & Comitia Conſularia. quæ vero ratio fuerit ordinationis illius, infra convenienter explicari poterit. Si ſub Principibus poſterioribus Comitia celebrata

ebrata videantur, hoc intelligi debet de Curiatis, non vero de Centuriatis, quibus majores magiſtratus in Campo Martio creari ſolent: aut ſi forte ea habita fuerint, σχήματος Politici rationem habuerunt. Interim, cum Tiberius adverſariæ ſententiæ patronis pro infirmando noſtro argumento haut faveat, Caligulam proxime ſollicitamus. In nummis & antiquis Inſcriptionibus ſemper dicitur C. *Cæſar Aug. Germanicus*: nunquam *Caligula*: quod cognomen militaris petulantia puero etiamnum impoſuerat. Recte calculum ponit Seneca Conſolat. ad Polybium cap. 36. quando cenſet: *Excerpendum hunc è Cæſarum numero, ut qui in exitium opprobriumque humani generis editus ſit*: & tamen ab exceſſu Tiberii avi ſui, *ingreſſo Vrbem ſtatim conſenſu Senatus, & irrumpentis in Curiam turbæ, irrita Tiberii voluntate, qui teſtamento alterum nepotem ſuum, prætextatum adhuc cohæredem ei dederat, jus arbitriumque omnium rerum ei*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

permiſſum eſt, ut loquitur Suetonius lib. 4. cap. 14. quod de ſuprema poteſtate, ex arbitrio Senatus collata, ut accipiendum eſt; ita quandiu furore correptus non fuit, imperium non niſi ex Senatus arbitrio moderari præſumpſit. Huc refero illud Suetonii, ibid. c. 16. *Rationes imperii, ab Auguſto proponi ſolitas, ſed à Tiberio intermiſſas, publicavit.* Imo, ut Populo placeret, *tentavit & Comitiorum more revocato, ſuffragia populo reddere*, prout Suetonius loco dicto loquitur. Attentavit tantum: atque, quod tentavit, effectum reddere non potuit: prout Dion fuſius narrat l. 59. Ergo nec hic à S. Q. R. illud conſecutus eſt, quod, per Leg. Regiam quaſi, Principibus delatum fuiſſe fingitur. Sequitur Claudius, illud cucurbitæ caput. jungitur quidem in tabula Veſpaſiani, infra diſtincte examinanda, D. Auguſto & Tiberio, quaſi à Senatu illud conſecutus fuerit, quod per L. Regiam Impp. delatum fuiſſe fingitur. Sed

tur, Sed fato magis per milites adaꝰctus eſt imperium, cui ſe ſubducebat, admittere, quam ut per Senatum delatum acceperit, prout diſtincte narrat Suet. lib. 5. cap. 10. & Dion l. 60. ita loquens per *interpretem*: Claudius (*inquit*) hoc modo Imperium adeptus eſt. Sublato Cajo, Conſules præſidiis in omnibus locis Urbis collocatis, Senatum vocavere in Capitolium: dictæ ſunt ibi multæ & variȩ ſententiæ, quod multi exiſtimabant reſtituendam eſſe populo Remp. pleriſque in regno eſſe oportere videbatur: & quod alii hunc Imperatorem, illum alii deſignabant. Quibus in rebus reliqua parte diei noctiſque conſumpta, cum nihil adhuc perfectum eſſet, pauci milites Palatium ingreſſi prædandi cauſſa, Claudium in obſcuro angulo latitantem invenerunt: nam quod fuerat una cum Cajo, propterea in illo tumultu formidabat. Hunc illi principio alium, quam erat, eſſe arbitrati, ſecumque

aliquid habere, foras extrahunt: poſt, ubi agnoſcunt, Imperatorem ſalutant, eumque ad exercitum ducunt, ac una cum cæteris militibus, quod ſtirpe regia ortus, & vir bonus habitus eſſet, regnum ei dederunt. Conſules ſtatim ad eum nonnullos, atque inprimis Tribunos plebis mittunt, mandantque, ne quid ejuſmodi committat, utque velit ſub Imperio Senatus Populique Romani, & legum authoritate vivere. Verum ubi ſe deſertos eſſe vident ab iis militibus, quibus antea fulciebantur, ipſi quoque aſſentiri ceperunt, eique decernere omnia, quæ ad principatum ejus ſpectare videbantur. *Hæc Dion.* Fateor, in textu Græco occurrere nomen αὐταρχίας, quod de ſummo imperio paſſim uſurpatur: unde apud Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores Græcos ſæpe αὐταρχῆσαι & μοναρχῆσαι pro eodem uſurpantur: ſed qui ſummum habet imperium, mox abſolutum quoque non habet. Et oppido fruſtra hic quidam

quidam ſollicitant, quando de Imperatore Romano ſermo eſt, illud αὐτό. Imperator, ſeu Romanus Princeps paſſim à Græcis Scriptoribus αὐτοκράτωρ dicitur, cui reſpondet ὁ αὐτάρχων, quod offendas apud Dionem libr. 57. Nec propterea tamen inferre aliud licet, quam penes eum ſummam poteſtatem fuiſſe. In Gloſſario quantivis pretii hæc offendas: αὐτοκρατορεία, *hic principatus.* αὐτοκρατορικὸς, *Imperialis.* αὐτοκρατορικὴ, *Imperatoria.* Perſuaſum voluiſſent Coſſ. Claudio, privatus viveret, at cum impares ſe viderent militum potentiæ, detulerunt αὐταρχίαν, ſeu imperium. quod cum beneficio Senatus ſe habere agnoſceret ipſe Claudius, in gravioribus negotiis nihil inconſulto Senatu egit. Inde Sueton. l. 5. c. 23. *De majore negotio acturus, in Curia medius inter Conſulum ſellas, tribunitio ſubſellio ſedebat.* Nero Juliæ Agrippinæ artibus, poſtquam boletum ſuum comediſſet Claudius, ad imperium per Prætorianos mi-

nos milites promotus, *per quinquennium* (ſunt verba Aurelii Victoris) *tantus fui, augenda Vrbe maxime, ut merito Trajanus ſæpius teſtaretur, procul differre cunctos Principes Neronis quinquennio.* Hoc autem tempore Senatum uſque adeo veneratus fuit, ut cum nimiis ſe ſentiret cumulari honoribus, gratias agenti Senatui (adeo ad adulationem ampliſſimus ordo projectus erat) reſponderit: *Cum meruero*, teſte Sueton. lib. 6. cap. 10. at, ubi exuto homine in belluam degeneraſſet, *atque eo dedecore* (ſecundum Victorem) *reliquum vitæ ageret, uti pigeat pudeatque memorare hujuſcemodi quemquam, nedum rectorem gentium fuiſſe*; omnes ordines offendit, & in ſe concitavit, Senatui uſque adeo infeſtus, ut (teſte Xiphilino) Vatinius maxime ei gratus eſſet, quod frequenter diceret: *μισῶ σε Καῖσαρ, συγκλητικὸς εἶ. Odi te Cæſar, quod Senator es.* At hic ipſe Senatus, hominem orbi & Urbi quam gravem, hoſtem judicavit, punituſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

punituſque ex Decreto ejuſdem more majorum fuiſſet, niſi ipſe fata ſua acceleraſſet, adacto in jugulum ferro, ut videre eſt apud Suetonium libr. 6. cap. 49. Et ſic hactenus prius membrum argumenti noſtri deduximus, videmurque liquido oſtendiſſe S.P.Q.R. ultro (quo ſe ſcil. exueret) non contuliſſe omne ſuum imperium & poteſtatem in eos principes, qui ex domo Julia fuerint. Deſpiciendum proxime, an forte in ſubſequentes illud ultro collatum fuerit. Nam, ut loquitur Suetonius in initio Galbæ: *Progenies Cæſarum in Nerone defecit.* Unde Victor poſtquam egiſſet de Neronis extremis, addit: *Hic finis Cæſarum genti fuit.* Principes hi ſuccedanei juxta eundem Aurelium, in duplici rurſum differentia: , vel enim *per Italiam orti Imperium rexere*, vel *advenæ* fuerunt. Ad illos pertinent ſex illi, quorum vitam duobus libris Suetonius Tranquillus deſcripſit. Inter quos primos ordines ducit Servius

Sulpitius Galba, qui vivo adhuc Nerone, à legionibus, quibus in Hiſpania præerat, Imperator conſalutatus, *legatum ſe Senatus ac populi Romani profeſſus eſt*, Sueton. in Galb. c. 10. ac, non niſi poſt occiſum Neronem, depoſita *legati, ſuſcepit Cæſaris appellationem*, ut idem Scriptor loquitur c. 11. Cæterum in Urbem cum veniſſet, & Prætorianis donativum non exhibuiſſet, ad hoc Germanicus exercitus Vitellio faveret, ſenium quoque ſuum apud omnes deſpectui haberi cerneret, *anxius* (ſunt verba Taciti l. 1. Hiſt. c. 14.) *quonam exercituum vis erumperet, ne urbano quidem militi confiſus, quod remedium unicum rebatur, Comitia imperii tranſigit.* Caveſis vero intelligas talia Comitia, qualia libera rep. haberi ſolita fuerunt; deliberationes de imperio, quas ut ſucceſſorem haberet, Galba inſtituit cum Vinio, ac Lacone, item Mario Celſo Conſule deſignato, & Ducenio Gemino Præfecto Urbis, Tacitus intelligit. Nam poſtquam ſpecio-

ſa ora-

ſa oratione Piſonem iis commendaſſet: *Conſultatum inde pro roſtris*, (ergo hactenus privata erant, & non diſſimilia iis, quæ ſæpius Plautus *de capite agi* dicit) *an in Senatu, an in caſtris adoptio nuncuparetur.* Cumque placuiſſet ut *in caſtra iretur*, teſte eodem Scriptore c.17. ominoſi quid accidit, nam ut loquitur c. ſeq. *Quartum Idus Ianu. fœdum imbribus diem, tonitrua & fulgura & cœleſtes minæ ultra ſolitum turbaverant. Obſervatum id antiquitus Comitiis dirimendis, non terruit Galbam, quo minus in caſtra pergeret: contemptorem talium ut fortuitorum; ſeu, quæ fato manent, quamvis ſignificata non vitantur.* Et ſic per Caſtrenſia Comitia arrogatus fuit Piſo & ſimul ſucceſſor Imperii deſtinatus, quum antea inter paucos Comitiis quaſi indictis, de eo evehendo deliberatum fuiſſet. mirum, viros cæteroquin non indictos, ex hoc Taciti loco inſtituiſſe probare, poſt Tiberium ea Comitia (Centuriata ſcil.) quæ antea abrogata fuiſſe diximus, in uſu fuiſſe. In Galbæ oratione,

(Tacit.

(Tacit. l. 1. Hiſt. 15.) quam in privatis quaſi Comiis habuit, hæc quidem in limine verba occurrunt: *Si te privatus, lege Curiata apud Pontifices, ut moris eſt, adoptarem*, &c. at his, nullum, ne leviſſimum quidem, aduerſus noſtram ſententiam pondus ineſt. Comitia Curiata, quæ nos ſupra anquiſite à Centuriatis diſtinximus, ſub Principibus diu obſervata fuerunt: tum, quod agerenta ut de rebus, ad arcana Imperii nequicquam pertinentibus, puta de arrogationibus à privatis coram Pontificibus factis, &c. aut de iis, quorum invidiam in populum magis, quam in ſe dominantes redundare amabant, v. c. de novis Legibus. Leges, hiſce Comitiis, ſub Imperatoribus quoque perferri ſolitas, ſeponam aliquantiſper, uſquedum ad noſtrum Juſtinianum acceſſero. De arrogationibus aliquid hoc loco notandum. Gellius nulli ſecundus Grammaticus, ſi non Graummatica tribu longe eminentior Scriptor libr. 5. Noct.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Att. cap. 19. diſtinguendo diligenter arrogationes proprie ſic dictas, ab adoptionibus in ſpecie, ſimul attendendo jus antiquum, recte dicit: *Sed arrogationes non temere nec inexplorate committuntur, nam Comitia arbitris etiam Pontificibus præbentur,* quæ Curiata *appellantur, ætaſque ejus, qui arrogare vult, an liberis potius gignendis idonea ſit, bonaque ejus, qui arrogatur, ne inſidioſe appetita ſint, conſideratur.* Sub Principibus quoque, quod ad Arrogationes, ratio ſua non minus legi Curiatæ, quam Pontificibus de talibus Comitiis arbitrantibus ſarta tectaque manſit. At obſervandum probe, Principes altiora ſpirare ſolitos, non niſi Privatis, pro conſummanda arrogatione horum Comitiorum uſum reliquiſſe. innuit dilucide Galbæ oratio, è cujus veſtibulo, quædam modo delibavimus. Teſtis & Tacitus eſt lib. 15. Annal. cap: 19. *Percrebuerat,* (inquit) *ea tempeſtate praviſſimus mos, cum propinquis Comitiis, aut*

ſorte

ſorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios, Præturaſque & provincias inter Patres ſortiti, ſtatim emitterent manu, quos adoptaverant. &c. *Factum ex eo Senatuſconſultum, ne uſurpandis quidem hæreditatibus prodeſſet.* Ne quis vero miretur, ubi de ſortiendis provinciis deliberabatur, ſimul actum fuiſſe de arrogationibus & forte adoptionibus in ſpecie quoque; (licet hæ tempore Icc. fierent apud Magiſtratum, penes quem legis actio erat, ut patet ex l. 4. ff. de Adopt. & l. 3. ff. de off. Proconſ.) obſervet, eas admodum profuiſſe ituris in provinciam, ob legem Papiam Poppæam, quæ ab hac ſortitione atque etiam reip. adminiſtratione, cœlibes, & eos, qui ſine liberis erant, aut removebat, aut in ſecundis relinquebat. Dicere cœperam, Principum arrogationes alia ſingulari ratione fuiſſe conſummatas. patet ex Galbæ exemplo. Sic Claudius Domitium Neronem adoptavit, oratione habita,

habita, quam à liberto Pallante acceperat, Tacit. libr. 12. Ann. cap. 25. Alias Principis adoptio in templo eſt facta, cui Pontifices adfuiſſe, locus ipſe ſatis teſtatur. Plinius de Trajano in Panegyrico: *Itaque* (inquit) *tua non in cubiculo, ſed in templo: non ante Genialem thorum, ſed ante pulvinar Iovis Opt. Max. adoptio peracta eſt.* à priſca tamen conſuetudine, non videtur Auguſtus voluiſſe recedere. Sic enim lego apud Suetonium libr. 2. cap. 65. *Privignum Tiberium adoptavit in foro lege Curiata.* Sed ad ordinem temporum, ſimul & Galbam redeamus. Occiſus Galba eſt cum Piſone ſuo anno ab V.C. 821. d. 18. Calend. Febr. ut docet Caſaubonus ad Suetonii Galbam cap. 33. Judicium de illo occurrit apud Tacitum lib. 1. Hiſt. c. 49. & de Piſone cap. 14. & ſeqq. Percuſſor utriuſque Otho *potentiam invaſit.* ut utar locutione Aurelii Victoris. Hic juxta Plutarchum in Galba (cui conſonant Suet. Oth. c. 2.

& Ta-

& Tacit. lib. 1. Hiſt. cap. 13.) *luxu & voluptatum ſtudio ab ineunte ætate præditus, ut infamia pari vix quiſquam Romanorum laborarit.* Unam mortem illius commendant, quibus αὐτοχειρία egregia videtur, Tacit. lib. 2. Hiſt. cap. 50. & Xiphilinus libr. 64. ex quorum mente Auſonius in Cæſaribus:

Fine tamen laudandus erit, qui morte decora
Hoc ſolum fecit nobile, quod periit.

Interim Otho, ab urbano milite Imperator conſalutatus *vergente jam die ingreſſus Senatum, poſitaque brevi ratione, quaſi raptus de publico, ſuſcipere Imperium vi coactus, geſturuſque communi omnium arbitrio Palatium petit,* ut loquitur Suetonius in Othone cap. 7. quæ arguunt, quod ſi per Vitellium licuiſſet, voluiſſe imperium ex arbitrio Senatus moderari. Inde etiam, ut militem ſibi auctoraret, in concione apud Tacitum l. 2. Hiſt. cap. 85. ſic proloquitur: *Senatus nobiſcum eſt. Sic fit, ut hinc Reſp. inde hoſtes reip.*

ſtes reip. conſtiterint. Quid? Vos pulcherrimam hanc Vrbem, domibus, & tectis, & congeſtu lapidum ſtare creditis? Muta iſta & inanima, intercidere reparari, promiſcue poſſunt. æternitas rerum, & pax gentium, & mea cum veſtra ſalus, incolumitate Senatus firmatur. Othonem excepit Vitellius, qui juxta Tacitum libr. 2. Hiſt. cap. 59. *Impar curis gravioribus, brevi auditu, quamvis magna tranſibat:* & juxta eundem l. 1. Hiſt. c. 62. *Fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis præſumebat, medio diei temulentus & ſagina gravis.* Imperator factus à Germanico exercitu, Imperium non ex arbitrio Senatus, ſed per vim & Tyrannidem excerere inſtituit, nam poſtquam Urbem ingreſſus eſſet, *omni divino humanoque jure neglecto, Allienſi die Pontificatum Maximum cepit; Comitia in decem annos ordinavit, ſeque perpetuum Conſulem,* Sueton. Vitell. cap. 11. Duo tamen, laude non indigna fecit. Nam Cæcilio Simplici Conſulatum pecunia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

& cum exitio Marii Celſi quærenti, reſtitit: deditque eum honorem Simplici innoxium & inemptum, Tacit. libr. 2. Hiſt. cap. 60. Præterea laudabile eſt, quod omnium, qui acie Othoniana ceciderant, teſtamenta rata eſſe juſſit; cum alias perduellionis crimine damnatis, omnes facultates eriperent, ibid. cap. 62. Imperium tandem *ejurare* coactus (cum omnibus circumſtantiis refert Tacitus l. 3. Hiſt. cap. 68.) lampada tradidit Veſpaſiano, ſic ut ſimul miſere periret. Nam *vinctus* (ſunt verba Taciti ib. cap. 85. *tergum pone manus. Laniata veste, fœdum ſpectaculum ducebatur, multis increpantibus, nullo illacrymante. Deformitas exitus miſericordiam abſtulerat. Obvius è Germanicis militibus Vitellium infeſto icto; per iram, vel quo maturius ludibrio eximeret; an tribunum appetierit, in incerto fuit: aurem tribuni amputavit ac ſtatim confoſſus eſt: Vitellium infeſtis mucronibus coactum, modo erigere os & offerre contumeliis, nunc ca-*

dentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

dentes ſtatuas ſuas, plerumque Roſtra & Galbæ occiſi locum contueri, poſtremo ad Gemonias, ubi corpus Flavii Sabini jacuerat, propulere. Vox una non degeneris animi excepta, cum tribuno inſultanti, ſe tamen Imperatorem ejus fuiſſe reſpondit. *Ac deinde ingeſtis vulneribus concidit.* Deveni tandem ad Veſpaſianum Auguſtum, qui, ut cum Victore loquar, *exſanguem diu, feſſumque terrarum orbem brevi refecit.* quantus miles fuerit, Tacit. libr. 2. Hiſtor. cap. 5. docet: *Acer militiæ,* (inquit) *anteire agmen, locum caſtris capere, noctu diuque conſilio, ac ſi res poſceret, manu hoſtibus obniti, cibo fortuito, veſte habituque vix à gregario milite diſcrepans, prorſus (ſi avaritia abeſſet) antiquis ducibus par.* Qualis Princeps notatus ſit, lib. 1. cap. 50. indicat: *Solus, ante ſe Principum, in melius mutatus eſt.* De hoc Veſpaſiano quæritur, an, cum tantus fuerit Princeps, in ejus gratiam Lex Regia lata fuerit? Sic cenſent quidam ex viris doctis, iique, non ex

quinta

quinta cavea, ſed Orcheſtra. At mihi non fit veroſimile. Veſpaſiano nihil decretum fuit, præter illud, quod Principibus ordinario à Senatu deferri ſolet. Expreſſe Tacitus libr. Hiſt. 4. cap. 3. *At Romæ Senatus cuncta Principibus ſolita, Veſpaſiano decrevit.* quid hoc ſit, ſupra circa Caligulam ex Suetonio didicimus. quando dicit, *jus arbitriumque omnium rerum illi permiſſum eſt.* Pichena in Notis ad dictum Taciti locum hæc ſuperaddit: *Ex antiqua ſcilicet lege, quæ appellabatur Regia.* Sed probatum antea oportuit, talem Legem, in gratiam alicujus Principis, latam fuiſſe. hoc certe nobis hactenus liquere non potuit. fateor, poſtea honorem hunc primitus Veſpaſiano haberi potuiſſe; at, quis affirmare auſit, cum Hiſtorici ad unum omces taceant. Illud ipſum Fragmentum Capitolinæ tabulæ, (modo genuinum haberi debeat) quod poſtea adducemus & examinabimus, nominatim non modo Divi Auguſti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

verum etiam Tiberii & Claudii mentionem facit. eoque debuiſſet neceſſario, ſi unquam modo in rerum natura extitiſſet, minimum ſub Auguſto Lex hæc lata fuiſſe. Vellem, viri egregii, ſecum prius in gratiam redeant. ὀπάνυ, ſed pro dolor! magno Academiæ noſtræ damno per Dominum vitæ & necis ſuperiori anno Cæleſti Academiæ aſſcriptus, Ampliſſ. D. Gerardus Coccejus, in Eruditiſſimo Commentario ad Tit. *de O. I. & Conſtit. Principum*, qui tam diu in pretio erit, quam ſupererunt aliqui, qui exiſtiment, ex conſilio ter maximi Cujacii, in vaſto juris Romani Oceano, aureo hamo piſcandum eſſe; ut quam diligenter & circumſpecte in Legis Regiæ incunabula inquiſivit, ita hæc inter alia, ſingularem ipſius ingenuitatem arguentia, *proloquitur* p. 519. & ſeq. Plane, niſi memoratum fragmentum legis Veſpaſiano latæ Romæ ſupereſſet, idque præter *nudam à legibus abſolutionem*, illa, quæ vere *maje-*

ſtatis jura Principes faciunt, contineret, vix tanti mihi eſſet, quod Tribonianus, ſub nomine Ulpiani (nam Alexandri reſcriptum in *d. libr.* 3. *C. de Teſtament.* vim nullam aliquam imperii, quam vocat, exprimit, quam *immunitatem à ſolemnibus Legum*, & Lex *Augusti*, quæ memoratur in *l.* 14. *de manumiſſ.* pro eadem *immunitate* allegatur) retuliſſet, quin potius cum Connano, Paurmeiſtero, & ſequacibus, nullam unquam fuiſſe ejuſmodi legem crederem. *Hactenus deſideratiſſimus Dn. Collega.* Cujus Manes ignoſcent, (voluiſſem, eo adhuc vivente hæc typis exſcribi potuiſſe) ſi argumenta mea contra hoc Fragmentam jam adducta, iterum propoſuerim & vindicaverim. Antiquitatis, ſi quis alius, non modo admirator, ſed & æſtimator ſum. interim notum, quam non ſpecie antiquitatis & olim & hodie multi circumventi fuerint. Quot non ſuppoſititii numi pro veris paſſim venditantur? quot non ex Ægypto

pto

pto (ubi recenter, ſeu fuſis, ſeu cauſis antiquitatis quoque faciem jam olim conciliare ſciverunt) in Europam tranſlati ſunt? Hiſpanicæ Inſcriptiones, quæ cum aliis comparent in incomparabili illo opere de Inſcriptionibus, à Scaligero & Grutero adornato, quam non magnam partem falſę & ſubleſtę ſunt! Quid dicam de Etruſcis Antiquitatibus, anno quaſi XXXVII. hujus ſeculi repertis Scornelli prope Vulterram, atque evulgatis à Curtio Inghiramo? Larvam iis detraxit vir longe doctiſſimus, & ſeculo hoc major Leo Allatius. Sed ad lineas. Ut liqueat, quantum deferri debeat huic Antiquitatis fragmento, primo illud exhibeo. Ita ergo habet:

FOedusve cum quibus volet facere liceat ita uti licuit divo Aug. Tiber. Julio Cæſari Aug. Tiberioque Claudio Cæſari Aug. Germanico·

Utique ei Senatum habere relationem facere remittere Senatus Conſulta per relationem diſſeſſionemque facere liceat ita uti licuit divo Aug. Ti. Julio Cæſari Aug. Tib. Claudio Cæſari Aug. Germanico.

Utique cum ex voluntate auctoritateve juſſu mandatuve ejus præſenteve eo Senatus habebitur omnium rerum jus perinde habeatur ſervetur ac ſi è lege Senatus edictus eſſet habereturque.

Utique quos magiſtratum poteſtatem imperium curationemve cujus rei petentes Senatui populoque Romano commendaverit, quibuſve ſuffragationem ſuam dederit promiſerit eorum comi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

comitiis quibuſque extra ordinem ratio habeatur.

Utique ei fines Pomerii proferre promovere cum ex Republica cenſebit eſſe liceat ita uti licuit Tib. Claudio Cæſari Aug. Germanico.

Utique quæcunque ex uſu Reipublicę majeſtate divinarum humanarum publicarum privatarumque rerum eſſe cenſebit ei agere facere jus poteſtaſque ſit ita uti divo Aug. Tiberioque Julio Cæſari Aug. Tiberioque Claudio Cæſari Aug. Germanico fuit.

Utique quibus legibus plebeive ſcitis Scriptum fuit ne divus Aug. Tiberiuſve Julius Cæſar Aug. Tiberiuſque Claudius Cæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

ſar Aug. Germanicus tenerentur iis legibus plebiſque ſcitis Imp. Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit quæque ex quaque lege rogatione divum Aug. Tiberium Julium Cęſarem Aug. Tiberiumve Claudium Cæſarem Aug. Germanicum facere oportuit ea omnia Imp. Cæſari Veſpaſiano Aug. facere liceat.

Utique quæ ante hanc legem rogatam acta geſta decreta Imperatore Cęſare Veſpaſiano Aug. juſſu mandatuve ejus à quoque ſunt ea perinde juſta rataque ſint ac ſi populi plebiſve juſſu acta eſſent.

SANCTIO

SI QUIS HUJUSCE LEGIS ERGO ADVERSUS LEGES ROGA-

ROGATIONES PLEBISVE SCITA SENATUSVE CONSULTA FECIT FECERIT SIVE QUOD EUM EX LEGE ROGATIONE PLEBISVE SCITO S. VE. C. FACERE OPORTEBIT NON FECERIT HUJUS LEGIS ERGO ID EI NE FRAUDI ESTO NEVE QUID OB EAM REM POPULO DARE DEBETO NEVE CUI DE RE ACTIO NEVE JUDICATIO ESTO NEVE QUIS DE EA RE APUD SE AGI SINITO.

Et hoc eſt illud venerandum ſcil. antiquitatis monumentum, ſimulque (ut pluribus perſuaſum) eſt genuinæ Legis Regiæ Fragmentum ſincerum, quod primitus vulgaſſe Franciſcum de Albertinis l. 2. de Mirandis Veteris Romæ in l. excuſo Romæ anno 1510. notavi jam anno 1647. in Octavio Auguſto, pag. 272. politice à me exhibito. Quid de eo ſit exiſtimandum, & an ſententiæ meæ adverſetur, patebit, ſi

initio expenderim an fides ei adhiberi mereatur,& dein ſi fides ei deferatur,an poſſit cenſeri contrarium eſſe illi ſententiæ, cujus hic patrocinium ſuſcepi. Atque,ut fidem illius videri poſſem cum ratione ſublevaſſe,argumenta & generalia & ſpecialia adduxeram. Generale erat,inſolens non eſſe,falſas Inſcriptiones pro veris ſubſtitui. Sic vero *ſcripſeram*: Notum judicium Lipſii, Manutii, Scotti, aliorumque de Inſcriptionibus Cyriani Anconitani, quæ licet quam ſpecioſæ appareant, pleræque tamen fictę ſunt. Exemplum habet Scaliger ad Euſebium Ed. 2. p. 217. ubi ſequentia *leguntur*: Antiquarii dicunt extare nummum Hadriani cum capite radiato, & Inſcriptione ΑΥΤΚΑΙΞΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟΞ ΑΥΓΟΥΣΓΟΞ ex altera ſuperficie ναὸν ἑξάστυλον. in medio Jovem cum fulmine in dextra, ſceptro & Aquila in ſiniſtra: ad dextram Minervam cum Mercurio, ad ſiniſtram Martem cum Venere, & duas alias ſpecies in gradibus templi

templi ſedentes. Inſcriptio : ΔΙΟΣ ΝΑΟΣ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ. Ego ut uno verbo dicam, nullum numnıum extare puto: aut ſi quem eſſe παράχαραγμα, & commentum impoſtorum. *Hæc Scaliger.* quibus hoc tempore unum duntaxat ſuperaddo. Titum Imperatorem hujus Veſpaſiani, circa quem occupamur, filium, vulgo audiiſſe *amorem ac delitias generis humani*, exSuetonio notum eſt: titulus ille, an Senatuſconſulto quoque delatus fuerit controverſum. Viri docti probare vulgo inſtituunt ex Inſcriptione inventa Emeritę in Hiſpania, quę occurrit in corpore Inſcriptionum p. 155. eſtque numero 111. atque in ea ita legitur: IMP. TITUS. CÆS. VESP. AUG. PON. MAX. TRIB. P. V. COS. VIII. P. P. GENERIS. HUMANI. AMOR. EST. ET. DESIDERIUM. ETIAM. VIVENS. At recte vir maximus Berneccerus in Suet. Tit. c. 1. negat hoc elogium Tito publice à Senatu Populoque Romano tributum, nec fidem

habet Inſcriptioni, in qua quiſquis non obſervat nugatoris manum, in Antiquitatis ſtudio peregrinus haberi debet. ut aſinum aures ſuę arguunt, ita authorem voculæ Est, atque Etiam. Fateor, non quidem ſequi, aliquę Inſcriptiones ſunt ſuppoſititiæ; ergo, ejuſdem furfuris haberi debet Fragmentum, vulgo pro lege Regia oſtentari ſolitum: hæc ſolummodo adduxeram, atq; hoc tempore iterum exhibeo ut conſtet novum non eſſe Inſcriptionũ fidem in dubium vocare. Cum ſumma vero ratione ſuſpectari hoc Fragmentum, videntur evincere ſequentes rationes, jam antea adductæ, & quibus nondum diffido. *Prima* ratio hæc fuit: In inſcriptione hæc occurrunt: Quibusque Suffragationem. Suam Dederit Promiserit. Eorum. Comitiis. Quibusque Extra Ordinem. Ratio. Habeatur. Quibus verbis Author Inſcriptionis, Veſpaſiano ad modum privi-

privilegii delatum fuiſſe fingit, ut quicunque ab ipſo ad honores oblati forent, quibuſcunque Pom. Rom. Comitiis, velut idonei, admitti deberent. At, quam hoc ineptum? Uſque à Tiberio Imperarore Comitia obliterata, imo everſa erant. Teſtis Tacitus l. 1. Ann. cap. 16. *Tum primum* (ſcil. ſub initium Imperii Tiberiani) *è campo Comitia ad Patres tranſlata ſunt. Nam ad eum diem, etſi potiſſima arbitrio principis, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant.* Vivo etiamnum Tiberio, omni Comitiorum Jure excidiſſe populum, ignorare nos amplius non ſinit Suetonius l. 3. c. 16. ubi ita de Caligula: *Tentavit* (inquit) *& comitiorum more revocato, ſuffragia populo reddere.* Ergo populus jure ſuo exutus erat. Si Populus vero jure Comitiorum exutus jam ſub Tiberio erat; quæ cauſſa, ut Veſpaſiano de ſuffragiis tribuum caveretur. Hæc quidem tum ſcripſi, nec pœnitet. Patior mihi dici, *Quam grandis error committatur, liquido patet.* nam error

ille non probatur. Vir magnus rejici me quidem ad eruditi ſui ſcripti p. 31. 32. 33. 34. 35. 36. Sed Comitia Conſularia ſub Tiberio perpetuo quaſi recepta, non juvant. vix ipſi Tacito (ut antea oſtenſum) explorata fuerunt. atque ludicra fuiſſe, & Comitiorum nomine indigna, agnoſcit ipſe cum pag. 31 adducit ſequentem Dionis locum, ex libr. 58. ubi ita tempora Tiberii reſpiciens, per Interpretem *loquitur*: Ex conſularibus, *ait*, Domitius toto anno geſſit magiſtratum, habebat enim in matrimonio Agrippinam, Germanici filiam. Cæteri vero, prout Tiberio viſum. quoſdam enim ad longius quoſdam ad brevius tempus deſignabat, itemque nonnullos etiam citius quam conſtituerat, loco movebat; aliis, ut diutius in magiſtratu eſſent, concedebat. Nam etiamſi quem ad totum annum Conſulem creaſſet, mox eo depoſito alium, iterumque alium ſubrogabat. nonnullos etiam ad ter-

tium

tium uſque diverſos deſignans, tamen alios poſtea Conſulatum ante ipſos aliorum loco gerere jubebat. Et toto fere imperii ejus tempore Conſulibus hæc evenerunt. Eorum vero, qui cæteros Magiſtratus peterent, electos, quot videbatur, in Senatum miſit, alios commendans, (iique omnium ſuffragia auferebant) alios & meritis ſuis & judicio Senatus & ſorti permittens. Deinde ad populum plebemque hi ſuis quiſque cum neceſſariis, pro more veteri, ceu dicis cauſſa, ſicuti nunc etiam, ut imago priſcorum exhiber videatur, prodeuntes deſignabantur. *Hactenus Dion*. Cujus poſtrema verba Græca conſignificantiſſima: Sed, an Dion hic dicit populum ad Conſularia Comitia conveniſſe per Centurias in Martio campo? ne quidem fidiculis hoc aliquis extorſerit. ſed hoc vult innuere, eos, qui ex arbitrio ipſius Tiberii Conſules deſignati erant, cum amicis in frequenti Populi πανηγύρει

ſe oſtentaſſe. quod, quandiu ſuperfuere in imperio Romano Conſules, in ſolemni Populi conventu feciſſe non minus Ordinarios, quam Suffectos Conſules, infra probabitur. 2. Pag. 32. poſt Tiberium in Comitiis leges à Populo latas fuiſſe non evincitur. Demus vero (quod plenius alibi confirmabitur) ad Populum κατὰ σχῆμα πολιτικὸν latas fuiſſe, cogitandum fuerit habita fuiſſe Comitia Curiata à Centuriatis, diſtincta, quæ ut in plura quoque ſecula prorogata fuerunt, ita ad rem non faciunt: uti neque 3. liberior Galli vox, in præcedentibus quoque expenſa: improvidus Senator, dum perſuaſum cupit Tiberio, Comitia Conſularia in integrum reſtituenda eſſe, *arcana imperii* viſus eſt *tentare*. 4. Caligula quod conabatur circa reductionem Comitiorum, intermittere debuit: ut adducto Dionis, aut verius Epitomatoris Xiphilini loco ex l. 52. ipſe vir egregius agnoſcere compellitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

pellitur. Eoque auſpicato à nobis ad ſuffragium vocatus fuit Tranquillus. 5. Galbæ Comitia nuper examinavimus, nec verbum addimus. 6. Quæ ex Plinii Panegyrico, p. 35. & 36. de Trajani quaſi Comitiis adducuntur, nequicquam ad rem faciunt, quum Veſpaſianus, de quo jam quæſtio eſt, Trajanum diu præceſſerit, atque, in his ipſis Comitiis parum aut nihil præſidii occurrat, prout, quando ad Trajanum perventum fuerit, liquebit. Ergo prima noſtra ratio hactenus in ſtatu manet: ſimul putandum, Marcianum Ic. non modo tempora Alexandri Severi, ſed longe vetuſtiora reſpicere, quando l. un. ff. ad Leg. Juliam Ambitus, ſic loquitur, *Hæc lex in Vrbe hodie ceſſat: quia ad curam Principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi favores.* Hoc meum argumentum contra Inſcriptionem, quam examinamus, adductum, non exarmabitur, ſi dicatur: *At dato, vel nulla fuiſſe poſt Tiberium populi Ro-*

mani,

mani, ſaltem magiſtratuum Comitia, id Principatus & regentium Imperatorum reſpectu accipiendum foret, non ad everſionem juris conſtituendi remp. referendum. Lex utique iſta lata ad dandam firmandamque ei poteſtatem à milite oblatam (de quo v. Sueton. in Veſpaſian. cap. 6.) pertinuit. At ſi omnia hæc concedantur, quomodo hæc Capitolina tabula firmandæ leg. Regiæ ſerviet? Quis ſic auſit colligere: Senatus imperium Veſpaſiano à milite delatum comprobavit, ergo tum ipſe tum Populus, per ſui abdicationem, ſummum imperium & ſummam poteſtatem in eum contulerunt? Eo ipſo, quod Senatu jus faſq;fuerit probare aut improbare imperium Veſpaſiani, convenienter infertur, ergo Senatum nondum exarmatum atque omni imperio exutum fuiſſe. Quocunque vero modo hæc accipiantur, argumento noſtro infirmando inſervire non poſſunt. Nam, propterea ſubleſtæ fidei illud ipſam Inſcriptionem arguit, quod fingat,

gat, Veſpaſianum quaſi primitus jure Comitionum Centuriatorum ſolutum fuiſſe, quum à Tiberii uſque temporibus, talia Comitia penitus obliterata fuerint. *Secunda* noſtra ratio contra dictam Inſcriptionem hęc erat: *Speciatim Inſcriptio hæc aliquoties meminit Auguſti, Tiberii, & Claudii, quaſi ſoli conſentiente populo regnarint, quum tamen Suetonius libr. 4. cap. 14. expreſſe ſic de Caligula loquatur,* Ingreſſoque Urbem, ſtatim conſenſu Senatus, & irrumpentis in Curiam turbæ, irrita Tiberii voluntate, qui Teſtamento alterum nepotem ſuum, prætextatum adhuc, cohæredem ei dederat, jus arbitriumque omnium rerum illi permiſſum eſt, *&c.* Dicitur quidem (1.) *Etſi Veſpaſiano* cuncta Principibus ſolita, *decreta dicat hiſtoricus,* (Tacitus ſcil.) *non præciſe id ad legem aliquam Regiam, ſeu Imperii referendum eſt; cum plane adhuc incertum ſit, an non primo Veſpaſiano lata ſit,* Sed, quod tanquam dubium præſupponitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

tur, eo ipſo, quia dubium eſt, noſtram ſententiam in ſe liquidam exarmare non poteſt. quod in ſe dubium eſt, tantiſper agnoſci debet, quam per liquidas rationes non probetur certum eſſe. Eoque, quod non modo dubium, ſed incertum quoque adverſario eſt, nobis duntaxat dubium erit: ſiquidem, ut dubium non poteſt officere. 2. Cum majori forte applauſu hoc admitti poſſet: *Deinde non ſequitur, ergo huic, Veſpaſiano, non etiam præter ſolita quid decretum eſſe.* Fateor lubens, plura decerni potuiſſe, quam vellent propugnatores Legis Regiæ, argumentantes ex hac ipſa Inſcriptione. At quæſtio eſt, an hoc innuat hæc inſcriptio. quæ, eo ipſo indicat Veſpaſiano hactenus nihil ſingulare amplius deferri poſſe, quod eum Auguſto, Tiberio, & Claudio non ſemel, ſed aliquoties adæquet. Acceperit Veſpaſianus centuplo plura, illud nobis non adverſatur. nam diſputamus de fide ipſius Inſcriptionis. quæ ſi vacillarit,

va-

vacillat pariter, ſecundum propriam confeſſionem ſupra exhibitam, omnis authoritas Legis Regiæ. *Tertiò* ita ſcribebamus: *Suffeciſſet meminiſſe unius Augusti, quum illi, qui in alia omnia à nobis abeunt (videatur vel ſolus Lanſius de Lege Regia) velint hanc vexatam Legem ſub Augusto latam eſſe.* quæ an infirmentur per ea, quæ ſequuntur, non modo tu, *mi Frater*, ſed omnes, quotquot homines, arbitrentur. *Sed nondum Lanſius probavit* (dicunt) *Legem Regiam Augusto latam; & ſi qua Lex lata Augusto, ipſius perſonæ non etiam ex ipſius perſona ſimul hæc ad Tiberium & Claudium, ac futuros omnes Principes pertinuit, quippe nulla certa vel Principatus continuandi, vel ſucceſſionis, vel electionis ratione conſtituta.* Sed, quum Augusti ſæpius in hac Inſcriptione primo loco mentio fiat, næ recte infertur, Auguſtum auſpicem fuiſſe illius potentiæ, quæ per Legem Regiam, in hac quaſi Inſcriptione exhibitam, primitus delata fuiſſe fingitur. Præterea demus, Ve-

ſpaſiano

ſpaſiano prorogatum illud fuiſſe, quod Auguſto, aliiſque Principibus delatum erat, & hoc ex hac Inſcriptione quaſi liquere; ſimul inferri poterit, Veſpaſiano nihil amplius obtigiſſe, quam præcedentibus Principibus. Quidnam vero de illis exiſtimandum ſit, abunde ex antecedentibus liquere exiſtimo. *Quarta* mea ratio adverſus Inſcriptionem hiſce verbis concipiebatur: *Inſcriptio docet, legem quaſi Regiam ſub Veſpaſiano Imp. renovatam eſſe, eique ſingulares prærogativas delatas eſſe præ aliis, qui eum antecesſerant, Auguſtis. Sed obſtat Tacitus, apud quem lib. 4. Hiſt. cap. 1. hæc offendas.* At Romæ Senatus cuncta Principibus ſolita, Veſpaſiano decernit. *Si non niſi ſolita decreta fuerint, næ fides Inſcriptionis hujus vacillat.* Quum vero non expreſſe hic Achilles (ita jure ſummo vocari poteſt) oppugnetur, de eo roborando ulterius cur laborem? Hic vero ut argumentor à renovatione, ita, illa ipſa pro liberalitate Critica ſi adverſariis,

ſimulque

ſimulque Legis Regiæ patronis conceſſa fuerit, hæc tria bona fide præſtare debebunt. 1. Indicare Principem ſub quo Lex hæc primitus lata fuerit. 2. Docere eam ſub ſingulis Principibus renovari conſueviſſe. 3. Hoc ſpeciatim factum fuiſſe in gratiam Veſpaſiani. Lex Ordini Imperantium lata, in ſucceſſoribus non renovatur, ſed ſuccedentibus perſonis applicatur; quod nullo modo cenſeri poteſt Legis renovatio. quum hæc, qua talis, non poſſit non deſuetudinem aliquam arguere. *Quinta* & poſtrema ratio his verbis concepta erat: *In Inſcriptione ſequentia occurrunt*: UTIQUE. EI. FINES. POMERII. PROFERRE. PROMOVERE. EX. REPUBLICA. CENSEBIT. ESSE. LICEAT. UTI. LICUIT. TI. CLAUDIO. CÆSARI. AUG. GERMANICO. *An ergo ſolus Claudius Pomœrium protulit? Imo præ hoc Auguſtus. Audiatur Tacitus, qui lib.* 12. *Annal. cap.* 23. *ita de Claudio*, Et pomœrium

mœrium Urbis (*inquit*) auxit Cæſar more priſco, quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos Urbis propagare datur, nec tamen duces Romani, quamquam magnis rationibus ſubactis, uſurpaverant, niſi L. Sylla & D. Auguſtus. *Ad hoc cur Pomœrii dilatatio velut ſpeciale privilegium ceſſiſſet Veſpaſiano, quum liberà rep. cuilibet, qui ſalutatus eſſet Imp. exercitus, hoc contingere potuerit. Nam ſecundum Gellium lib.* 13. Noct. *Att. cap.* 14. habebat jus proferendi pomærii, qui populum Romanum agro de hoſtibus capto auxerat. Nec rationi huic, quicquam decedere poteſt per ſequentia: *At, quicquid & C. Iulius Cæſar, Auguſtus fecerint, ex ipſius tabulæ verbis apparet circa pomœrii prolationem, ſeu Vrbis augmenum &c. Claudio quid ultra jus vel privilegium priſcum, quod hoc fuit, ut, qui protuliſſet Imperium, etiam Vrbem augere poſſet,* quoties ex republ. cenſeret eſſe. *quod jus utique nec Cæſari, nec Auguſto, nec Tiberio, licet omnia & poſ-*

ſent

ſent & poſſe vellent, unquam decretum vel conceſſum legitur. At, ſi quicquam, hoc meæ opinioni firmandę ſervit. eo ipſo, quod contra & conſuetudinem & leges Romanorum hoc quaſi & Claudio & Veſpaſiano tributum dicatur, ut pomœrium dilatare poſſent pro arbitratu, Inſcriptionem hanc ſuppoſititiam eſſe contendo: non mihi credi velim, ſed Flavio Vopiſco, ita ſcribenti in Aureliano: *Pomœrio autem nemini principum licet addere, niſi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam Remp. locupletaverit. Addidit autem Auguſtus, addidit Trajanus, addidit Nero, ſub quo Pontus Polemoniacus & Alpes Cottiæ Romano nomini tributæ*. En! quam diſerte non dicat Vopiſcus, nulli Principi licuiſſe pomœrium delatare, niſi qui agri Barbarici aliqua parte Romanā Remp. locupletaſſet; aut, an putamus Vopiſcum ignoraſſe, quibuſvis per legem hoc conceſſum fuiſſe. Ipſi Neroni fas non fuiſſet propagare terminos Urbis niſi & imperium protuliſſet. Eoque, utrum-

utrumque Tacitum annotaſſe, modo audivimus. Cujus rei, vt neceſſariæ cum non meminerit hæc Inſcriptio, quis mihi non dederit eam ſuppoſititiam eſſe cenſendam? Plura argumenta adferre poſſem, ſed aut hæc quinque, ab omnibus exceptionibus vindicata ſufficiunt, aut nulla ſufficient. Sed, admiſſa quoque hac Inſcriptione ut genuina, ex ea tamen colligi non poterit illud, quod contra eam ſententiam probandum fuerit. Populum ſcil. Romanum, omne ſuum Imperium, per ſui abdicationem in Principem contuliſſe. Nam expreſſe hæc ipſa Inſcriptio indicat, qua Auguſtum, qua Tiberium, qua Claudium, qua Veſpaſianum ipſum, aliquibus ſolum LL. ſolutos fuiſſe. Quid clarius enim hiſce verbis: *Vtique quibus Legibus, plebeive ſcitis ſcriptum fuit ne divus Aug. Tiberiuſve Iulius Cæſar Aug. Tiberiuſque Claudius Cæſ. Auguſtus Germanicus tenerentur, iis legibus plebiſque ſcitis Imp. Cæſ. Veſpaſia-*

Veſpaſianus ſolutus ſit. Principes, qui ante Veſpaſianum hic nominantur, LL. non fuiſſe ſolutos, quam liquido jam antea nos probaſſe confidimus. Submota ergo hac Inſcriptione, Veſpaſianum concernente, devenimus ad filium illius Titum, qui ut publice quam dilectus fuit ab omni ordine; ita illius *mors*, teſte Victore, *adeo provinciis luctui fuit, uti generis humani delitias appellantes, orbatum orbem deflerent.* Sed privatum hoc judicium, uti ſupra innuebamus, neutiquam Titum exemit poteſtati Senatus, cujus toto imperii tempore fuit obſervantiſſimus. Frater Titi Domitianus, haud abſque cauſſa à Satirico *calvus Nero* dictus, licet ſub initium imperii virtutibus quibuſdam conſpicuus fuerit, immanibus tamen facinoribus eas mox abſcondidit. *Vi* vero *dominationis convulſus & mutatus* (ut loquitur Tacit. libr. 6. Annal. cap. 48.) in monſtrum degeneravit, eo provectus amentiæ, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Dominum Deumque ſe appellari voluerit, Sueton. in Domit. cap. 13. &, infantulum in Deorum numerum retulerit, teſte antiquo Nummo apud Occonem & Sradam occurrente; ſpeciatim vero Minervæ filius haberi voluerit, præter Nummos, fidem faciente Philoſtrato de vita Appollonii l. 1. Occiſus eſt tandem inſidiis eorum, per quos maxime defendi debuiſſet. Et ut loquitur Aurelius Victor: *Magis magiſque ſævitia nimius, eoque ſuſpectior, etiam ſuis, libertorum conſilio, uxore non ignara, quæ amores hiſtrionis viro prætulerat, pœnas luit quinto & quadrageſimo anno vitæ, dominationis circiter quinto decimo.* Quod vero toto Imperii tempore Senatui quam gravis fuiſſet, eumque non modo circumſcribere, ſed & opprimere laboraſſet, occiſo illo, *Senatus adeo lætatus eſt, in repleta certatim curia, non temperaret, quin mortuum contumelioſiſſimo atque acerbiſſimo acclamationum genere laceraret, ſcalas etiam inferri,*

ri, clypeoſque & imagines ejus coram detrahi, & ibidem ſolo affligi juberet: noviſſime eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret, ut Suetonius loquitur in Domitiano cap. 23. Duodecim Principes percurrimus, nec occurrit quicquam, quod argumento noſtro officiat. Accedimus ad illos, quos ſupra ab Aurelio Victore *advenas* vocari diximus. Dubito vero admodum, an inter illos, primum locum recte Coccejo Nervæ aſſignet Victor, vocat quidem eum non modo *advenam*, ſed & *Cretenſem*, pro quo in Epitoma legas *Narmienſem*: & tamen per ſeſquiſeculum & amplius hujus principis majores in Faſtis occurrunt. Sed, litem hanc meam hoc tempore non facio: perinde mihi eſt, advenæ, an indigenæ ſubſequentes Principes habeantur. Meliores eos Domitiano fuiſſe, hunc ipſum ſomnium monuiſſe videtur. Sub extremis illius hæc legas apud Suetonium: *Ipſum etiam Domitia-*

num ferunt ſomniaſſe, gibbum ſibi pone cervicem auream enatum: pro certoque habuiſſe, beatiorem poſt ſe lætioremque portendi ſtatum Reip. ſicut ſcire brevi evenit, abſtinentia & moderatione inſequentium principum. Cæterum, ne per omnes hos ſubſequentes Principes (uſque ad Juſtinianum) eamus, eos per Saturam pro inſtituto noſtro luſtrabimus, attendendo duo: Modum electionis: atque imperii adminiſtrationem. Quod primo ad electionem, plerique favore militum, ad principale faſtigium ſubvecti fuerunt. Favor donatiuo comparabatur, & ob illud non exhibitum Galba occiſus fuit. Domitianus, Tyrannus licet, & gravis urbi ac orbi, à milite deſideratus fuit, quod per eum pecunia abundare eſſet ſolitus. Inde de Domitiano Suetonius: *Occiſum populus indifferenter, miles graviſſime tulit, ſtatimque eum* Divum *appellare conatus: paratus & ulciſci, niſi duces defuiſſent*: cauſſam tangit Victor: *Moti milites* (inquit) *qui-*

bus

bus privatæ commoditates diſpendio publico largius procedunt, authores necis ad ſupplicium petere, more ſuo ſeditioſius cœperunt. Mirum vero quam tumultuarie miles Impp. legere conſueverit. Cũ enim electionis ad Imperium ſignum eſſet purpura; ſi ad manum ea non eſſet, rapere illam milites, undecunque poſſent: modo de vexillis, ſæpius è Deorum ſimulacris: Exempla habet Trebellius Pollio in Celſo tyranno, Vopiſcus in Probo & Saturnino. ſuave vero admodum eſt, quod hic narrat in Proculo: cum non adeſſet veſtis purpurea ad amiciendum Proculum, allatam fuiſſe lanam purpuream & humeris ejus junctam. Et tamen hi Principes ſimulac purpuram indepti eſſent, Senatui de imperio ſuo permittebant. vere an ſimulate, non diſcutio. mihi perinde eſt, quia inſtituto meo, utrumvis volueris, ſufficit & favet. Gordianus in Epiſtola ad Senatum prima poſt aſſumptam purpuram: *Veſtrum eſt æſtimare*

quid velitis nam ego uſque ad Senatus judicium incertus & varius fluctuabo. Probus Imp. oratione prima ad Senatum: *Quæſo ut de meis meritis faciatis, quicquid juſſerit veſtra clementia.* Opilius pariter Maturinus, manifeſtus licet Tyrannus, ſed & ſimulator ac diſſimulator graphicus, non erubuit in hęc verba ſcribere ad Senatum: *Milites detulerunt ad me imperium, cujus ego P. C. interea tutelam recepi. tenebo regimen, ſi & vobis placuerit, quod militibus placuit.* Fecerat hoc diu antea Hadrianus. Ita enim de illo Dion per Epitimatorem Xiphilinum: ἔγραψε πρὸς τὴν βουλὴν Ἀδριανὸς, ἀξιῶν βεβαιωθῆναι αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν καὶ παρ᾽ ἐκείνης. *Adrianus à Senatu petiit per literas ut ſibi Imperium confirmaret.* Et tamen varii ex Principibus, jam olim Senatus authoritatem inſuper habere ſolent: apud Eutropium in veſtibulo libri noni hæc legas: *Poſthinc* (nempe Aurelium Alexandrum) *Maximinus ex corpore militari primus ad imperium acceſſit, ſola militum voluntate, cum null*

Senatus interceſſiſſet authoritas, neque ipſe Senator eſſet. Neglexerunt Senatus arbitrium plures, quos longum foret enumerare. obſervantiſſimus tamen fuit Marcus Aurelius, & Tacitus, qui ut alii inpoſterum obſervantes forent, reſcripto quoque caviſſe videtur, ipſo Senatu eo nomine ſibi gratulante: apud Vopiſcum enim in Floriano occurrit ipſius Senatus epiſtola, cujus hoc initium: *Senatus Ampliſſimus curiæ Carthaginenſi S. D. Quod bonum, fauſtum, felix, ſalutareq; ſit Reipublicæ orbique Rom. dandi jus imperii, appellandi principis, nuncupandi Auguſti, ad nos revertit.* Senatus tamen delatam poteſtatem ægre exercere ſuſtinuit, quod miles ſolitus eſſet tum illũ cogere, tum etiam Imperatores pro arbitrio deligere. in hoc ipſo Tacito liquet: ſic enim legas apud Vopiſcum: *Extincto Aureliano, de deligendo Principe exercitus retulit ad Senatum: verum Senatus hanc eandem electionem in exercitum refudit, quod ſciret, non libenter jam milites*

accipere Imperatores eos) quos Senatus elegiſſet. & poſtea. *Denique id tertio factum eſt, ita ut per ſex menſes Imperatorem Romanus orbis non haberet. Tandem Tacitus primæ ſententiæ ſenator omnium ſententia Imperator appellatus eſt.* Nec meliori loco poſt Tacitum Senatus fuit, quanquam ſibi gratulatus eſt de recuperato jure, miſſis quoque ad Provincias literis, ex quibus quædam modo delibavimus. Ut vero Imperio, quod acceptum eſt, retinendo quiſque ſtudere ſolet; Principum nonnulli quoque, Imperium domui ſuæ, deſtinando tempeſtive ſucceſſores, aſſerere laborarunt. Factum hoc uſque à temporibus Auguſti, qui *ſubſidia dominationi quærens* (ut loquitur Tacitus lib. 1. Annal. cap. 3.) è ſua domo nonnullos adoptavit, & Cæſares dixit in ſpem Imperii. Sic Agrippæ filii, & poſt eorum exceſſum Claudius Nero adoptatus eſt, adiectumque ab Auguſto, teſte Velleio libr. 2. cap. 104. *Hoc*

rcip.

reip. cauſſa facio. Poſtea à Tiberio adoptatus eſt Cajus:& Claudius à Gregorio milite Imperator ſalutatus, Neronem adoptavit, Galba eum in finem arrogavit Piſonem. *S*ic enim ipſe loquitur apud Tacitum l. 1 Hiſt. c. 25. *Auguſtus in domo ſucceſſorem quæſivit, ego in republ.* Non minus diverſimode ſucceſſores hi deſtinari ſolent. Aliquando intervent Senatus arbitrium & adoptio, ut antea patuit in Galba adoptante Piſonem. De Nerva adoptante Trajanum ita Dion per Xiphilinum contractus: *Nerva* (inquit) *Capitolium conſcendit, ibique magna voce: Quod felix fauſtumque ſit* S. P. Q. R. *mihique ipſi Nervam Trajanum adopto,* (In Græco eſt Τραϊανὸν ποιοῦμαι) *quem poſtea in Senatu Cæſarem deſignavit.* Καὶ μετὰ ταῦτα ἐν συνεδρίῳ Καίσαρά τε ἀπέδειξε. Tandem adoptionis vel renunciationis ritus negligi cœpit. Cæſares quippe fiebant ex mera Principis voluntate, ſpreto Senatu. Ita Severus filium ſuum majo-

rem Baſſianum Cæſarem appellavit, teſte Spartiano. Idem Severus poſtea per literas Albinum Cęſarem fecit, quē & Commodus Cęſarē optavit. Quod quidē Albinus prudenter recuſavit. *Quærat* (inquit apud Capitolinum) *Commodus, qui cum eo pereat, aut quos cum cauſſa poſſit occidere*. Similiter Conſtantius Gallum, quem capite damnavit, Cæſarem creavit, poſteaque fratrem ejus Julianum, ut teſtis eſt Ammianus Marcellinus lib. 14. & 15. Nonnunquam jure quaſi ſanguinis facti Cæſares. Quod fieri cœpit poſt Ælium Verum. ſed Senatui haud gratum fuit, teſte Spartiano in Ælio vero. *Quare Metius Falionius Conſularis, evecto ad Imperium Tacito illum rogavit, petens, obſecrans, ne parvulos ſuos, ſi eum citius fata præveniſſent, faceret Romani Imperii heredes. Imitaretur Nervas, Trajanos, Hadrianos. Ingens enim, ut dicebat, eſt gloria morientis Principis, Remp. magis, amare quam filios*, ita legitur apud Vopiſcum in Tacito.

Qui

Qui imperii ſucceſſores deſtinati erant, ab Auguſti jam ævo, ut ex ſuperioribus patere poteſt, ſpeciatim Cæſares dicti fuerunt, quanquam ab Hadriani potiſſimum temporibus titulus ille, diſtinctus ab Auguſti nomine, frequentari cœpit. Ita enim intelligendus Aurelius Victor, quem viri quidam docti præter rationem erroris arguere laborarunt. Verba Victoris hæc ſunt: *Nam cum Trajanus* (inquit) *adſciviſſet Adrianum ad Imperium: abhinc diverſa Cæſarum atque Auguſti nomina, inductumque in remp. uti duo, ſeu plures ſummæ potentiæ, diſſimiles cognomento ac poteſtate diſpari eſſent.* adeoque falli putem Spartianum, quando in Ælio Vero ſcribit, hunc ipſum primum Cæſarem appellatum fuiſſe. Ex his, quæ hactenus ab Auguſto uſque deduximus, hoc clarum, omnes Principes, à Tiberio incipiendo, videri voluiſſe à Senatu imperium accepiſſe, quamvis præ Senatu valuerint milites, qui per

tumultum militarem, ſi non ludum quoque Imperatores facere ſoliti erant. Romanus ille Siſyphus Tiberius, quamvis detrectando aliquandiu imperium, videri voluerit hoc ipſum contra animi quaſi ſententiam accepiſſe, tempeſtive tamen militum præſidio ſe muniit. Inde Tacitus libr. 1. Ann. cap. 7. *Miles in forum, miles in curiam comitabatur.* Ordinario imperium ei ſecurum fuit, qui favoris militaris ſecurus erat. Quod miretur quis, per militem non ſtetit, quo minus Imperium Neroni, intolerabile magis quam Phalaridis, prorogaretur. Nam ita liberalis in militem fuit, ut teſte Tacito lib. 1. Hiſt. c. 20. *Bis & vicies mille ſeſtertium donationibus effuderit.* Sed, miſera interim Principum conditio erat. metuebantur à Senatu propter militem. ſed non minus ipſi metuebant perpetuo militem. hic enim venale habebat imperium, paratuſque erat quocunque tempore (patet in Galba) ab optimo quoque ad peſſimum

mum transferre, ſi ſperatum donativum non acciperet. Adeo ut rectè ſcripſerit Imperator Severus ad Rogonium Celſum Gallias regentem, apud Spartianum in Peſcennio Nigro: *Emendi primum Tribuni, deinde milites, quos quamdiu timueris, non timeberis*, Sed, non erat in poteſtate ipſorum Imperarorum, militem tam facile emendare, quam à Celſo fieri voluit Severus. Interim, quotquot ex Principibus videri voluerunt moderati, Senatum æſtimarunt. Patuit hoc circa XII. priores Principes. Obſervatum quoque fuit à ſubſequentibus: Nerva, Trajano, Adriano, Antonino, aliiſque. Alexander Imp. Senatui apud Lampridium: *Et vos ipſi magnifici, unum me de vobis eſſe cenſete potius, quam magnum nomen ingerite.* Probus apud Vopiſcum: *Vos eſtis mundi Principes, & ſemper fuiſtis, & in poſteris veſtris eritis.* Claudianus commendans tempora, quibus Stilico plurimum potuit:

Hoc quoque non parva fas eſt cum laude relinqui,
Quod non ante fretis exercitus adſtitit ultor,
Ordine quam priſco cenſeret bella Senatus.
Neglectum Stilico, jam lex, per ſecula morem
Rettulit, ut ducibus mandarent prælia Patres,
Decretoque togæ felix legionibus iret
Teſſera, Romuleas leges rediiſſe fatemur,
Cum Procerum juſſis famulantia cernimus arma.

Item Corippus ex perſona Juſtini Imperatoris, ejus qui Juſtiniano ſucceſſit:

——— Vos ô mihi proxima membra,
Conſcripti Patres, noſtri pars maxima regni,
Vos eſtis pectus, vos brachia pectoris hujus.

Luxuriare circa hæc quoque ſoliti Panegyriſtæ. Plinius, Pacatus, aliique.

In

In tantum vero quidam ex Principibus his Senatui detulerunt, ut appellationes ex majoribus judiciis, qua urbanis, qua provincialibus ad Senatum devolvi vellent. Sic Marcus Antoninus, *appellationibus à Conſule factis Senatum judicem dabat*, ut teſtis eſt Capitolinus in ejus vita. Similiter Probus Imperator, referente Vopiſco, *permiſit Patribus ut ex magnorum judicum appellationibus ipſi cognoſcerent, Proconſules crearent, legatos Conſulibus darent, jus prætorium præſidibus darent; leges quas Probus ederet, Senatuſconſultis propriis conſecrarent.* Quod poſtremum, ne videatur alicui inſolens, & Imperatorio faſtigio præjudicioſum; obſervandum eſt, veteres Imperatores ſolitos, de rebus quas lege vellent comprehendi, diſſerere in Senatu, aut ſententiam ſuam ſcripto complecti, aut etiam orationem ſcriptam in Senatum mittere. quemadmodum hæc omnia fuſe probari poſſent. Alii ex Principibus, quotieſcun-

tieſcunque daretur occaſio, Senatui intererant. Ita Spartianus de Hadriano refert, quod Senatui legitimo cum in Urbe, vel ad Urbem eſſet, ſemper interfuerit; & poſt eum M. Antoninus, etiam cum nihil referendum eſſet, referente Capitolino. Non diffiteor, quibuſdam jam olim diſplicuiſſe hanc Romanorum Principum moderationem, atq; hodie aliquos occurrere, qui quoſdam ex antiquis quoque Scriptoribus non dubitant notare, tanquam *factionis Senatoriæ*: ſed quicquid iis videatur, mihi videtur Imperator Julianus recte calculum poſuiſſe, cum ita ſciſceret leg. 8. Cod. de Dignitatibus: *Ius Senatorum* (inquit) *& authoritatem ejus ordinis, in quo nos ipſos quoque numeramus, neceſſe eſt ab omni injuria defendere.* Atque l. 6. βασιλ tit. 1. c. 24. hæc legas: Καλῶς εἶπεν ὁ βασιλεὺς, συναριθμεῖσθαι τοῖς συγκλητικοῖς, καὶ ὑπατεύειν ἀνέχεσθαι. *Præclare dixit ille Imperator, ſe quoque Senatoribus annumerari, etiam cum Conſu-*

latus

latus adminiſtrationem ſuſtineret. Ex his, quæ hactenus deducta fuerunt, quis non videat, confirmari pleniſſime illa, quæ ſupra per ſingulos quoque Principes demonſtravimus. Ex quo enim Auguſtus ſingularibus artibus remp. in ſe unum derivavit, reliqui qui ſecuti ſunt, iiſdem artibus imperium, ſive à milite ſolo delatum, ſive à Senatu pariter, firmare laborarunt, atque illi, quorum memoria apud poſteros eſt gratiſſima, Senatum non modo in pretio habuerunt, ſed in imperii quoque conſortium admiſerunt. Sic vero hi ipſi imperarunt, ut imperium eorum magis toleraretur, quam à Senatu approbaretur: qui quoties viſus fuit Imperatoribus faviſſe, putandum eſt invitum hoc feciſſe. Recte diſſerit Philo in Legat. ad Cajum: δίχα τοῦ ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν εἶναι τὸν αὐτοκράτορα μηδενὸς ἐπὶ τοῖς ὁπωσοῦν πεπραγμένοις λόγον ἀπαιτεῖν τολμῶντος ἢ δυναμένου. *Quod Imperator pro poteſtate* (quam mi-

miles ſcil. contulit, aut ipſe connivente Senatu ſibi arrogavit) *gerat omnia, nemine audente aut volente rationem repetere.* Nec aliud voluit Strabo, in fine operis Geographici, cujus locum exhibebo, cum ea elucidatione, quæ antea viſa fuit commoda, iiſdem verbis retentis. Græce ita habet: Αἱ δὲ ἐπαρχίαι διῄρηνται, ἄλλοτε μὲν ἄλλως. ἐν δὲ τῷ παρόντι ὡς Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς διέταξεν, ἐπειτα γὰρ ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτῷ τῷ προστασίαν τῆς ἡγεμονίας, καὶ πολέμου, καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου; δίχα διεῖλε πᾶσαν τὴν χώραν, καὶ τὴν μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτῷ, τὴν δὲ τῷ δήμῳ. Quæ ſic Latine redduntur in editione Caſauboniana: *Provinciæ dividunter aliter alias, nunc vero ita, ut Cæſar conſtituit Auguſtus. Nam is, cum civitas ipſi regimen imperii permiſiſſet, ita, ut dum viveret, eſſet pacis bellique dominus; terras omnes bipartito diviſit, partemque ſibi ſumens, alteram populo reliquit.* Ubi ſingularem emphaſin habet verbum ἐπιτρέπειν. Gloſſ. ἐπι-

τρέ-

τρέπω: *Permitto, ſuadeo.* Pariter Budæus utriuſque linguæ callentiſſimus in Comm. L. Gr. pag. 79. ex Demoſthene notavit, ἐπιτρέπειν idem eſſe, quod *in arbitrium compromittere.* Adeo ut, teſte Strabone, Scriptore gravi, atque præ aliis fide digno, per unam tolerantiam Populi Romani Imperium obtinuerint. Hæc ſcripſeram ante triennium, nec ſcripſiſſe pœnitet, aut pœnitere poteſt: Philone Judæo hanc promiſſionem ita explicante, ut Imperator potuerit omnia, quia nemo *aut volebat, aut audebat rationes exigere.* Interim viris egregiis quædam in mentem venerunt, cur exiſtimarint hæc ſubſiſtere neutiquam poſſe. Primus eorum inſultus occurrit in his verbis: *Eſto permittere plane idem quod tolerare. Qui permittit rem ſuam alteri, an non conſentit, conſulto agit, tradit, ſæpe donat?* At bona verba! Plura *permittere* notare, quam *tolerare*, aut *ſinere*, utraque manu concedo, Notat in ipſo Jure ſæpe *remittere*,

mittere, ut Ic. hujus ſeculi Princeps Cujacius, adductis variis exemplis probat lib. 21. Obſerv. cap. 29. Comicus Andria act. 1. ſc. 5. *Bona noſtra hæc tibi permitto, & tuæ mando fidei.* Sed neutra ex his notationibus hic locum habere poteſt: ἐπιτρέπειν ut proprie notat *permitere*; ita *permittere* pariter ſecundum propriam notationem accipi debet. Inde in Gloſſario, Philoxeni quantivis pretii, aliter redduntur *commiſit*, atque *permiſit*. Nam juxta illud, *Commiſit*, eſt ὑπέπεσεν, ἐναντιώθη. *Commiſit in legem*, ὑπέπεσεν τοῖς νόμοις. *Committit*, ἐνπιστεύει, συμβάλλει. At *permiſit*, redditur ἐπέτρεψεν. Atque, ſi ſincere agere voluerimus, non eſt diffitendum, illum proprie quid permittere, qui aliquid tolerat. Unde apud Petronium, ſcriptorem nequam licet, Latiniſſimum tamen, ille ad meretriculam Circen dicit: *Neque faſtidias hominem peregrinum inter cultores admittere, invenies religioſum, ſi te adorari permiſeris.*

Hoc

Hoc eſt, *paſſa fueris.* Apulejus libr. 9. Mileſ. *Senex claudus, cui noſtra tutela permiſſa fuerat.* Hoc eſt, *qui pro tutore agnitus erat, cum ad tutelam ſe obtuliſſet.* Conveniens vero præ cæteris eſt Perſii locus ex Sat. 5.

Cum primum pavido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit:
Cum blandi comites, totaque impune Saburra
Permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo.

Quid aliud quæſo *permiſſio* hic notare poteſt, quam licentiam, qualem juventus, poſt manum ferulæ ſubductam ſibi arrogare ſolet, indulgendi, ſi ita luberet, amori? Sed *ſecundo* explicationi noſtræ circa Strabonis locum, hiſce verbis obnunciatur: ἐπιτρέπειν *etiam eſſe* committere, curæ alicujus tradere, demandare, *teſtatur notiſſimus* Græcæ linguæ theſaurus ex ipſius Budæi

manu-

manuſcripto Lexico reſtitutus. *Idque,*
ſi operæ pretium; compluribus bonorum aucto-
rum locis oſtendi poſſet. En unum apud Dio-
nyſium libr. 2. τῷ δὲ δημοτικῷ πλήθει τρία
ταῦτα ἐπέτρεψεν. Populari vero mul-
titudini (*loquitur de Romulo conſtituente*
tunc novam Remp.) tria hæc commiſit.
At, quomodo hæc ſerviunt ſcopo?
plures ſunt notationes verbi ἐπιτρέ-
πειν, (de ipſo verbo *permittere* luben-
tes jam antea hoc conceſſimus) ergo ex
Lexico, cum conſpiret Hiſtoria & fi-
lum ipſius continuatum, urgeri non po-
teſt propria ipſius notatio? Quam non
accurate in ſuo Gloſſario Philoxenus
inter *committere* & *permitere* diſtinguit?
Quæ ratio, cur nos pariter quoque nos
diſtinguamus? Inauſpicato vero Dio-
nyſii Halicarnaſſæi locus, circa Romuli
Romanam rempl. ordinantis inſtitu-
tum adducitur. Si enim inſpiciatur,
& antecedentia cum ſubſequentibus
conferantur, liquebit hanc commiſſio-
nem non fuiſſe aliam quam fiduciariã;

quã

quæ & à Romulo & à Senatu penderet. Sic enim Dionyſius plene per interpretem (Græcum exemplar ad manum non eſt) loquitur: *Plebi vero hæc tria conceſſit, magiſtratus creare, leges ſancire, & de bello decernere, quoties rex permiſiſſet, ita tamen ut ne horum quidem abſolutam haberet poteſtatem, niſi idem Senatui viſum eſſet.* Eodem modo patior, dicatur à Senatu Populoque Romano Imperatori conceſſum fuiſſe ſupremum imperium, ut interim tamen Senatus (qui circumſcriptus hoc permiſit) voluerit jura ſua ſarta tecta eſſe. Qui aliquid permittit ἢ ἐπιτρέπει, ſæpe ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ, ſive, volens nolens hoc facit. Inde, ad tollendam ambiguitatem Dion verbo ἐπιτρέπειν ſociat τὸ ἑκὸν. locus ſingularis occurrit apud ejuſdem Abbreviatorem in Veſpaſiano. ὑπωπτεύεται ὁ ὑεσπασιανὸς ἑκὼν αὐτῇ ἐπιτρέπειν τοῦτο ποιεῖν. *Tertio* ſic inſtant: *Et qui in arbitrium compromittunt, quis hos nil niſi* tolerare *dicat?*

Sed

Sed aliis præter Icc. notum eſt, ab arbitris ſub conditione admiſſis, licere ad judices ordinarios provocare. Reſp. Romana, quod cęteroquin ſalva eſſe non poſſet, paſſa fuit ſe ſubigi à Principibus, à quibus poſt Auguſtum, ut delectis arbitris provocaſſet lubens; ſi poſt interfectum in Curia Cæſarem, Brutus primus ſuperfuiſſet. *Quarto* hæc adverſus me dicuntur: *Miretur profecto quiſque defæcatam mentem poſſidens illum, qui ea omnia, quæ Dio, Suetonius, Tacitus, Principibus à* S. P. Q. R. *facta, decreta, data, ac tributa teſtantur, ſolius tolerantiæ, cum qua lex aliqua lata ſtare non poſſit, eſſe contendere audeat.* Si pro meritis hæc excipienda forent, quot non verba profundi deberent? Quid Tacitus, Suetonius, & Dion exiſtiment, jam antea excuſſimus. Vir egregius præ aliis eos excuſſit diligentiſſime, nos quoque in gratiam controverſię, quam tractamus, ab initio ad finem, nec oſcitanter perlegimus; nec aliud tamen offen-

offendimus, quam jam antea aut exhibuimus, aut examinavimus. Si cui placuerit, in gratiam Legis Regiæ, eoſdem Authores iterum pervolutet, & ſi plura offendere potuerit, quam aut ego, aut vir egregius quivimus; Argum eum agnoſcam. Quam parum vero præſidii occurrat in iis, quæ vir ſummus adduxit, tibi, mi Frater, & omnibus qui hæc legent, diſcutiendum relinquo: ſi hoc antea tamen in memoriam revocavero, hunc ipſum jam antea faſſum fuiſſe (verba bona fide exhibui) legem Regiam præſidium ſolidum non habere niſi in illa Inſcriptione, quæ ad Veſpaſiani tempora pertinet, & in cujus fidem jam antea inquiſimus. *Denique* hoc mihi objicitur: *Nec ſolus Ulpianus* contuliſſe populum in Principem imperium & poteſtatem ſuam, *dixit, ſed &* Tacitus initio lib. 1. Hiſtoriarum, ſic ſcribit: *Poſtquam bellatum apud Actium, atque omnem poteſtatem ad unum conferri pacis inter-*

 fuit.

fuit. Debeantne verba illa haberi Ulpiani verba, an vero agnoſci aſſuta purpura graphici illius interpolatoris Triboniani, poſtea patebit. Tacitum vero adduci miror. Potuit ſe reſp. (imo illius poſt prælium Actiacum intererat, quod præſtet eſſe ſub malo Principe, quam ſub nullo) in ſinum unius Auguſti conjicere, & tamen is ipſe ſubeſſe Senatui, ut ſuperiori. Certe ipſe Paterculus, domus Auguſtæ adulator maximus, reſpiciens eadem hæc tempora, libr. 2. Hiſtor. *ſic loquitur*: Finita viceſimo anno bella civilia, ſepulta externa, revocata pax, ſopitus ubique armorum furor: *reſtituta vis legibus, judiciis auctoritas, Senatui* (NB.) *majeſtas*; imperium magiſtratuum ad priſtinum redactum modum, octo Prætoribus allecti duo; priſca illa & antiqua reip. forma revocata; rediit cultus agris, ſacris honos, ſecuritas hominibus, certa cuique rerum ſuarum poſſeſſio; leges emendatæ utiliter,

itiliter, latæ ſalubriter; Senatus ſine
iſperitare, nec ſine ſeveritate lectus.
Principes, viri triumphiſque & am-
pliſſimis honoribus functi, hortatu
Principis, od ornandam Urbem ille-
cti ſunt. *Hactenus Paterculus*: cujus ta-
men verbis plus ſpeciei, quam fidei
ineſſe lubens do. Sufficit interim hinc
liquere (quod ſuo loco diſtincte pro-
batum fuit) ne Auguſtum quidem,
cum omnia jam poſſet, voluiſſe cen-
ſeri ſe aut Senatu, aut Legibus ſuperio-
rem. Ut hæc hactenus occaſione Stra-
bonis, ex Philone Ebræo explicandi,
dicta ſunt, ita manifeſtum opinor eſſe,
per nudam Senatus Populique Roma-
ni tolerantiam, ſeu permiſſionem, Ro-
manos Principes & Orbi & Urbi im-
peraſſe. De quo, ne quis amplius du-
bitet, Straboni ſuccenturio teſtem aſ-
ſiduum, Ammianum Marcellinum ſcil.
qui ut cap. 5. libr. 14. exemplo Flori
imperium Populi Romani cum homi-
nis ætate componit: ita ad ſenium ubi

devenit, *ſic loquitur*: Jamque vergens in ſenium, & nomine ſolum aliquoties vincens ad tranquilliora receſſit. Ideo Urbis venerabilis poſt ſuperbas efferatarum gentium cervices opreſſas, lataſque leges, fundamenta libertatis & retinacula ſempiterna, velut frugi parens, & prudens & dives, Cæſaribus tanquam liberis ſuis regenda patrimonii jura permiſit. & olim, licet otioſę ſint tribus, pacatæque centuriæ, & nulla ſuffragiorum certamina, ſed Pompiliani: redierit ſecuritas temporis; per omnes tamen quotquot ſunt partes terrarum, ut domina ſuſpicitur, ut regina, & ubique Patrum reverenda cum authoritate canicies, populique Romani nomen circumſpectum & verendum. *Hæc quoque Ammianus*. Qui quam circumſpectò de Principis faſtigio cenſet. 1. Agnoſcit *ocioſas tribus*, in Centuriatis ſcil. Comitiis. quod nos jam antea quoque accurate expendimus. 2. *Reverendam Patrum cum authoritate canitiem* comme-

commendat, fruſtra hoc jactaturus, ſi omni authoritate Senatus exutus fuiſſet. 3. Ne tamen injurius eſſe in Principis Majeſtatem videatur, ſupremum rerum moderamen ei, ut filio quaſi *permiſſum* eſſe dicit à ſeneſcente Roma. En! quam circumſpecte verbo *permittendi* utatur. Fateor, fatuum illum patrem apud Terentium, Phormione act. 5. ſc. 9. ſic proloqui:

Priuſquam Gnatum video, ejus judicio
permitto omnia
Quod is jubebit, faciam.

At nemo hoc collegerit ex verbis Ammiani, ne quidem, ſi in equuleo ea torſerit. Nam quomodo potuiſſet ſalva eſſe Senatus authoritas, ſi edentula Roma adeo indulgens ſuiſſet in Cæſares, ut liberos ſuos, iis conferendo *omne imperium & poteſtatem?* Atque ſic quivis jam videt, quod probandum erat, à nobis evictum fuiſſe; in nullum ſcil. ex Principibus Romanis, ſive illi fuerint ex domo Julia, ſive peregrini S. P. Q. R.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

per ſui abdicationem, omne ſuum imperium & poteſtatem contuliſſe. Simul evaneſcit lex Regia: ſublato enim ipſius fundameuto, quomodo incolumis ſubſiſtere poſſet? Priuſquam vero ad Legem Regiam me converto; cujus parentem Juſtinianum cum ſuo Triboniano eſſe omnibus patebit: uno etiamnum argumento oſtendam, nullis ex moderatioribus Romanis Principibus, ante Juſtinianum (Nerones, Caligulas, Domitianos, Commodos, Heliogabalos, & ſimilia hominum portenta ſubmovere fas eſt) in mentem quoque veniſſe, profiteri publice, ut hoc ſcripſiſſe fingitur Ulpianus; omne imperium & poteſtatem Senatus Populique Romani in ſe tranſlatam eſſe. Jus ferendarum legum ſupremum jus Majeſtatis eſſe, in confeſſo eſt apud omnes Politicos Doctores: & tamen nullus ex bonis Principibus ante Juſtinianum inconſulto Senatu illud uſurpavit. Fateor, conſtitutiones Principum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

pum, pragmaticas juſſiones, interlocutiones, atque adeo ipſas orationes ad leges vulgo referri: cęterum ex iis multa, ſpeciales, leges ſeu privilegia, agnoſci debent. Generales leges arbitrante Senatu ordinario à Principe ferri ſolent. Habitis antea orationibus aut per eos, aut per quæſtores, aut candidatos Principis, ut patet ex *leg. unic. ff. Quaſt.* Notatu digna ſunt verba optimorum Principum Theodoſii & Valentiniani leg. 3. Codic. de Legibus: *Leges ut generales ab omnibus æqualiter in poſterum obſerventur, quæ vel miſſæ à nobis ad venerabilem cœtum oratione conduntur, vel inſerto Edicti vocabulo nuncupantur.* Ergo intervenit frequenter Senatus auctoritas, ſi quando Princeps generalem legem ferre vellet. &, eo ipſo quod intervenit, habuit hactenus Senatus eam authoritatem, quæ ſane ſumma, ut non poſſit cenſeri exutus fuiſſe omni imperio, & omni poteſtate, collatione quaſi facta in Principem. Velim attendantur

dantur modo paucæ in Jure Juſtinianæo Leges, & quam non ipſum Sc. præ orationibus ipſorum Principum, quibus illud alias poſtulabatur magis, quam petebatur; in veneratione fuerit, manifeſtum erit. In *Lege*, *Oratione*, ſive, l. 6. *ff. de ritu Nupt.* (Lex plures hiſtoricas difficultates habet, quam vulgo interpretum perſuaſum eſt) ſic loquitur Ic. Paulus: *Oratione D. Marci cavetur, ut ſi Senatoris filia Libertino nupſiſſet, nec nuptiæ eſſent: quam & Senatuſconſultum ſecutum eſt.* Quam orationem ideo habuiſſe videtur D. Marcus, quod Lex Julia (qua idem cautum fuiſſe ipſe Paulus teſtatur leg. 44. ff. de R. N.) ultra non curaretur. Ut vero Lex illa juxta Sc. condita fuit, ad orationem M. Antonini, ita abſolute Sc. vocatur à Ic. Marciano, *l. 7. ff. ad Leg. Iul. de Adult.* ubi ita Ic. *Qui pupillam ſuam duxit uxorem contra Senatuſconſultum.* Quomodo idem quoque Senatuſconſulto cautum fuiſſe docet Paulus

l. 59.

l. 59. D. de R. N. Similiter in leg. 32. princ. ff. de donat. inter vir. & uxor. ſic loquitur Ulpianus: *Cum hic ſtatus eſſet donationum inter virum & uxorem, quem antea retulimus: Imperator noſter Antoninus Auguſtus, ante exceſſum Divi Severi patris ſui, oratione in Senatu habita, auctor fuit Senatui cenſendi, Fulvio Æmiliano & Nummio Albino Conſulibus, ut aliquid laxaret ex juris rigore.* Similiter *Oratio Antonini & Commodi*, cujus meminit Ulpianus leg. 16. ff. de Sponſal. & ad quam Paulus ſingularem librum ſcripſit, ab eodem Paulo, in leg. 83. de R. N. quæ Lex per Tribonianum illi Pauli libro ſubducta eſt, *Senatuſconſultum* vocatur. Imo in Epiſtola Juſtiniani de confirmatione Digeſtorum, hæc legas: *Non ipſe ſolus*, (Julianus ſcil.) *ſed & Divus Hadrianus, in compoſitione Edicti, & Senatuſconſulto quod eam ſecutum eſt, hoc apertiſſime definiunt, ut ſi quid in Edicto poſitum non inveniatur, hoc ad ejus regulas ejuſque conjectu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

ras & imitationem poſſit nova inſtruere authoritas. Plura adduci poſſent exempla, ad illud, quod intendo, probandum; ſed hæc ſufficiunt. Imo, aliquis cum ratione miretur, quod cum priores Romani Principes ipſi etiam leges condiderint, nullam tamen ſub eorum nomine in Pandectarum librum tranſlatam fuiſſe. Unus Auguſtus pleraſque Julias leges tulit, à patre ſuo denominatas; multas non adjecto nomine; licet & quaſdam retractarit, & quaſdam ex integro ſanxerit, juxta Sueton. l. 2. c. 34. Imo cum de viceſima hæreditatum legem tuliſſet, Viceſimæ legem nuncupari voluit, non Auguſtam; ea forte ratione motus, quod Lex illa à nullo probaretur, teſte Dione libr. 55. cui & tandem derogatum eſt per Trajanum Imp. (teſte Plin. in Paneg.) qui *lachrymas parentum vectigales paſſus non eſt.* Si quis dicat, hæc pertinere ad artes dominantium? lubens ei accedam. Principes ſiquidem, cati cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

eſſent, hoc fecerunt, ut invidiam à ſe amolirentnr, quod ſcirent imperium ſuum non tam niti lege, de eo lata, quam tacito populi conſenſu. Cogitare aliquis poſſet, eo ipſo quod Senatus populuſque Romanus (alias, ut hòc ſemel notem, ſub Principibus maxime, verum fuit, quod dicit Theophilus in Paraphraſi Inſtit. lib. 1. tii. 2. δῆμος ἐν ἑαυτῷ τὴν σύγκλητον ἔχει, καὶ τοὺς ἰδιώτας, *Populi appellatio & Senauum & plebem complectitur*) paſſus fuerit Principes ſibi imperare, videri poſſe Lege hoc confirmaſſe: quum ſecundum Modeſtinum (quem Gordianus leg. 5. C. ad exhibendum, *non contemnendæ authoritatis Iuriſconſultum* appellat) leg 7. ff. de LL. *Legis virtus ſit imperare, permittere, punire*; & Fabii verum verbum ſit, libr. 7. Inſtit. Orat. cap. 7. *Porro Lex omnis* (inquit) *aut tribuit, aut adimit, aut jubet, aut vetat, aut permittit.* Sed quam late diſtet, illud quod tacite aut vetatur, aut con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

ceditur; & illud, quod Lex vetat, aut concedit, prolixe oſtendit Libanius in oratione de Angariis, jam antea adducta. Everſo ergo funditus legis Regiæ fundamento, quomodo illa in ſtatu ſuo permanere poſſet? Antequam tamen finiam, tria ſummatim expendere debeo. 1. Unde nomen habeat? 2. Quomodo, &, quo allaborante irrepſerit in Jus Juſtinianæum? 3. An ſui habeat veſtigium in antiquo jure Quiritium? Ut de nomine initio agam, quidam, eo ipſo exiſtimant jure ſummo fidem hujus Legis ſuſpectari poſſe, quod Regia vocetur. Nam inviſum Romæ nomen Regium fuit, ex quo ejecti fuere Tarquinii. Hinc Cicero orat. pro Rabir. *Iſta laus primum eſt majorum noſtrorum, qui expulſis regibus, nullum in libero populo veſtigium crudelitatis regiæ retinuerunt.* Liv. libr. 37. *Circumfuſa* (inquit) *inde multitudo Hiſpanorum, & ante deditorum & pridie captorum, Regem eum ingenti conſenſu appellavit.*

lavit. Tunc Scipio ſilentio per præconem facto, ſibi maximum nomen Imperatoris eſſe dixit, quo ſe ſui milites appellaſſent. Regium nomen alibi magnum, Romæ intolerandum eſſe: regalem animum in ſe eſſe, ſi id in hominis ingenio ampliſſimum ducerent, tacite indicarent, vocis uſurpatione abſtinerent. atque quam improſpere diadema Julio Cæſari ceſſerit, jam antea notatum fuit. At hoc, reliqua ſi ſalva forent, parum me moveret. Nam Regibus ejectis, in eorum memoriam conſtitutus fuit Rex Sacrorum. rationem reddit Dionyſius Halicarnaſſæus in veſtibulo libr. 4. ſic loquens per interpretem: *Quoniam autem multa* (inquit) *& magna beneficia à regibus in remp. collata videbantur, regni nomen ſervare volentes, quamdiu Vrbs duraret, juſſerunt pontifices & augures creare aliquem de ſenioribus, quem ad id maxime idoneum judicaſſent, qui nulli alii rei, quam ſacris cultuique divino præeſſet, ab omni bellico munere liber, & Rex ſacrorum* (ὁ βασιλεὺς τῶν θυηπολιῶν) *diceretur.* Hic

ipſe vero Sacrorum Rex, abſolute *Rex* vocatus fuit. Cic. orat. pro Domo: *Diſcite* (inquit) *Pontifices, vos Flamines, etiam tu Rex.* & illius domus, ſimpliciter *Regia*. Inde Virg. libr. 8. Æneid. *hæc illum Regia cepit.* & Plin. libr. 4. ep. 11. *Reliquos Pontifices, non in Regiam, ſed in Albanam villam convocavit.* Alias florente repub. ſi Dictator dictus eſſet, regia poteſtas eidem delata eſſe cenſebatur. Unde apud Livium l. 8. L. Papirius Curſor, cui dictatura commiſſa erat, Q. Fabium, ſuum equitum Magiſtratum his verbis alloquitur: *Quæro* (inquit) *de te Q. Fabi, quum ſummum imperium dictatoris ſit, pareantque ei Conſules, regia poteſtas, prætores iiſdem auſpiciis quibus Conſules creati*, &c. Ergo, ne quidem plene libera Roma, legis hujus nomen ſuſpectari potuiſſet. Principum tempora, ut viciniora, ſi conſideremus, quid arbitrabimur? Principes ipſos, primo conſideremus: non male de illis, ut dominantibus,

& uſur-

& uſurpantibus dominis Dion Caſſius judicat lib. 53. τοῦ δὲ δὴ τῆς πολιτείας τέλους ἐς ἀνακειμένου, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ βασιλεύονται. *Porro devoluta ad ipſos* (Impp. ſcil.) *ſumma reip. fieri non poteſt, quin* (Romani ſcil.) *Regio imperio ſubſint.* pariter à ſcriptoribus Græcis, jam inde à principio, frequentari conſueverunt βασιλεὺς & βασιλεία. & Barbari, quem Romæ principes, ipſi Reges appellare ſolent: Vopiſcus de Carino: *Regem denique eum plerique Illyrici vocarunt.* &, ne quis hoc imputet aut vernaculæ Græculorum adulationi; aut barbarorum inſcitiæ: apud Tacitum frequenter Romanum imperium *regnum* appellatur: & in veſtibulo Annalium *domus regnatrix*, quæ erat Auguſti, notatur. quomodo & apud Spartianum, *ſervi regis* Palatini ſunt, & Lampridium *regina* ipſa Auguſta. quomodo & legas apud Ammianum Marcellinum l. 14. *trucis à ſtimulis reginæ.* libr. 15. *Euſebiæ ſuffragante regina.* & mox, *opponebat ſe*

ſola

ſola regina. Alias, apud Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores hæc utramque paginam faciunt: *ſtatio regia*, *ornamenta regia*, *ſedile regium*, &c. apud Vopiſcum in Aureliano, *opes regiæ*, ſunt imperatoriæ & Romani principis opes. ſic *domum regiam* pro Palatio dixit Trebellius in Gallieno. Interim certum eſt, Principes noluiſſe admittere hanc appellationem, nec uſurpaſſe quoque aut in Epiſtolis Græcis, aut Latinis. Syneſius in Oratione περὶ βασιλείας, ſive, *de regno*, ſcripta ad Arcadium Aug. ita, oratione ad hunc ipſum directa, per interpretem *loquitur*: Alioqui & ſerius tibi ipſum Regis nomen uſurpatum indicabo, (τοὔνομα αὐτό σοι δείξω τοῦ βασιλέως ὄψιμον) quod ab eo eſt tempore Romanis prætermiſſum, à quo Tarquinios Populus civitate profligavit: Nos enim ex illo Regis nomine Vos & dignamur; (ἀπὸ τούτου ἡμεῖς μὲν ὑμᾶς ἀξιοῦμεν, & apellamus, prorſuſque ita ſcribimus; Vos autem ſive

ſcientes

ſcientes, ſive inſcientes, conſuetudinique id tribuentes, appellationis hujus invidiam declinare velle videmini: neque ergo ad civitatem, neque ad provinciæ Præfectum ſcribentes, neque ad Barbarum principem ſcribentes, regium iſtud nomen glorioſe unquam affectaſtis. (ἐκαλλωπίσασθέ ποτε τῷ βασιλέως ὀνόματι.) Sed Imperatores vos ducitis: (ἀλλ' αὐτοκράτορες εἶναι ποιεῖσθε.) Imperator autem Ducatus militaris nomen eſt, qui omnia agenda ſuſcepit. *Hæc Syneſius*. De Caligula dicit quidem Sueton. lib. 4. cap. 22. *Nec multum* (inquit) *abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque principatus in regni formam converteret.* ſed quod tentavit hic furioſus & ebrius, an perfecerit unquam aliquis ſobrius & prudens, dubitaris. Maximus Caſaubonus in Notis ad Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores, perfectum hoc eſſe ab Aureliano putat. Cui favet unus Aurelius Victor in Epit. ita ſcribens de Aureliano: *Iſte*

primus

primus apud Romanos DIADEMA *capiti innexuit: gemmiſque & aurata omni veſte, quod adhuc fere incognitum Romanis moribus videbatur, uſus eſt.* Idem de Conſtantino Magno: *Habitum regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate.* Interim dato, quod Aurelianus & poſt eum Conſtantinus, felicius, & juxta confirmatum magis judicium regia inſignia adhibuerint, quam vecors Caligula; nulli tamen Romani Principes poſt hunc Regis nomen putaverunt eſſe ſynonymum Principis: (juxta arcana ſcil. Palatii & dominationis, quæ prudentiſſimi quique publice patere noluerunt) ſub quo Majeſtatem imperii illegitime quæſiti occultandam eſſe, recte eos Auguſtus docuit. Eoque Lex hæc, ſi ſub Principibus deberet lata eſſe, non poſſet non ingrata fuiſſe publice, eo ipſo quod titulus talis eſſet, quem ne quidem Principes in literis uſurpare vellent. Nomen ergo Legis, tolerabile licet videri potuiſſet

tuiſſet republ. etiamnum libera; in-
olens tamen fuit ſub Auguſtis: nam
omnes ante Juſtinianum, etiam cum
eſſent, non tamen Reges ſe indigita-
runt. Accedendum proxime ad Le-
gis ipſius parentes & educatores. Hic
vero non occurrit alius, quam Juſti-
nianus Aug. cum ſuis illis Juris compi-
latoribus. Succeſſit ille Juſtino Impe-
ratori, anno à Chriſto nato 527. at-
que ſi Zonaram, Victorem, alioſque
audimus; *ad perpetuam Senatus ſupplica-
tionem, univerſo Senatu comprobante, Im-
perio præfectus fuerit.* Quamvis Proco-
pius, (cujus fides, præter rationem,
à multis in dubium vocatur) in Arca-
na Hiſtoria ſic ſcribat: *Cum avunculo
Romanorum Cæſar appellatur, ſi tamen
bono id jure factum eſt*: Iuſtinus ſiqui-
dem, metu ac minis Senatus populi-
que perterrefactu, ſimperii ſocium aſci-
verit. Licet cæteroquin Juſtino vi-
ſus fuerit, juxta Suidam ἐμβριθὴς τε
καὶ κατηκριβωμένος, ſive, *gravitatis &*
exqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

exquiſitæ diligentiæ. Qualibuſcunque vero artibus imperium Juſtinianus occupaverit, ipſe primus, (recte notavit Agathias,) vere ſe αὐτοκράτορα exhibuit. obſervavit hoc vir Authoritatis maximæ, & plane ſui nominis, Hugo Grotius nempe, qui ſic auſpicatur ſuos flores, quos juri Juſtinianæo aſperſit: *Docet nos Agathias lib. 5. primum omnium principum qui Conſtantinopoli vixere, Iuſtinianum, non nomine tantum, ſed & re fuiſſe* αὐτοκράτορα, *id eſt, ſummo liberrimoque utentem imperio: quæ res ei facultatem dedit ad res magnas agendas*, &c. Verba Agathiæ, occurrentia pag. 252. hæc ſunt: ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐπειδὴ πρότερον Ἰταλίαν ξύμπασαν ἐχειρώσατο καὶ Λιβύην, καὶ τοὺς μεγίστους πολέμους διήνυσε, καὶ πρῶτος ὡς εἰπεῖν ἐν τοῖς κατὰ τὸ βυζάντιον βεβασιλευκόσι, ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ὀνόματί τε καὶ πράγματι ἀποδέδεικτο. Quæ ſic reddidit doctiſſimus Vulcanius: *Imperator enim poſteaquam antea univerſam Italiam & Africam*

inpo-

n poteſtatem redegerat, maximaque bella onfecerat, & primus, ut ita dixerim, x iis, qui Byzantii regnarunt, Romanoum Imperator nomine pariter & re ipſa eſt leclaratus. Certe, hic omnium Principum primus legum vinculis exolutus uit. quis enim ex Cæſaribus, ita loqui ſuſtinuit, atque ipſe loquitur, ſub inem Novellæ, 105. qua (poſtea videbimus) in ordinem redegit Conſules: *Omnibus tamen à nobis dictis* (inquit) *Imperatoris excipiatur fortuna: cui & ipſas Deus leges ſubjecit, legem animatam eum mittens hominibus, eo, quod Imperatori quidem jugis & indeſinens conſulatus omnibus civitatibus, & populis, & gentibus, in ſingulis quæ placent diſtribuenti, advenit: aut cum ipſe annuerit, trabea: ideoque & imperii conſulatus per omnia ſit ſequens ſceptra.* quanquam non ignoro, quoſdam magni nominis Icc. hanc Novellam interpretari de poteſtate abrogandarum Legum. Interim non dubitavit ſic ſciſcere leg. 12. Princ. Cod.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Cod. de LL. *Si imperialis majeſtas cauſam cognitionaliter examinaverit, & partibus comminus conſtitutis ſententiam dixerit: omnes omnino judices, qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant hanc eſſe legem non ſolum illi cauſſæ, pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus. Quid enim majus, quid ſanctius imperiali eſt majeſtate? vel quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, ut regalem ſenſum contemnat?* &c. *En!* ut *regulam ſenſum* ſuum decretum Juſtinianus vocet: qui, ſi quis alius, non modo ambitioſiſſimus fuit, ſed titulorum captator inmodicus. Confirmationi Inſtitutionum ipſe hunc titulum præfixit: *Imperator Cæſar Flavius Iuſtinianus, Alamanicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus.* Et tamen Francos nunquam ſubegit. Quomodo & poſtea *Longobardicum* & *Gepidicum* ſe dixit, quod eas gentes duntaxat irritaſſet. ſcil. etiam cum non viciſſet, voluit videri quoque triumphaſſe. unde & in Inſcriptione, quæ ipſius *juſſu* conſtituta

uta fuit, ſemper triumphare fingitur. Occurrit illa apud Gruterum pag. 161. atque eſt Inſcriptio pontis Salarii. Ita vero incipit: IMPERANTE. D. N. PIISSIMO. AC. TRIUMPHALI. SEMPER. JUSTINIANO. P.P. AUG. ANN. XXXIX. &c. parum vero eſſet, ſi humanos duntaxat titulos uſurpaſet, Divinos quoque affectavit, & uſurpavit. Cum avunculo Juſtino ſic loquitur leg. 2. de Mand. princ. *Sancimus, ut nullus ex glorioſiſſimi judicibus noſtris, maximus aut mediis in ſuis ſententiis aſſcribat, nos divino verbo juſſiſſe ut aliquis in jus duci poſſit.* Quæ exemplo fortaſſis aliquis excuſaverit, quod *noſtram Divinitatem* dixerint Impp. Theodoſius & Valentinianus, leg. 3. Cod. de ſum. Trinit. eadem lege, *noſtrum divinum præceptum*. Et aperte, *Noſtrum Numen*, ſe ipſos innuendo, uſurpant Impp. Honorius & Theodoſius lib. 8. & l. 11. Cod. Theod. de Sacroſanctis Eccleſ. *ſanctas ſuas literas*, commendant Impp. Gratianus, Valentinia-

lentinianus, & Theodoſius, qui tamen æque ſincere Chriſtianam religionem profeſſi fuerunt, ac Juſtinianus. Quod ipſi Chriſtiani Impp. hæc uſurparint, imputandum mendacibus orationibus Panegyricis; quas qui condiderunt, voluerunt ſimul eos, à quorum ſublevatione præmium exſpectabant, aſtris inſerere. Incipiamus à Pacati Drepanii Panegyrico ad Theodoſium Magnum, quem contuens dicit, *fidem conſtare auditis neſcimus, Deum dedit Hiſpania, quem videmus.* Et poſt paulo, ubi agit de eleganti anima, quæ ſimili corpori indatur; *Parcam*, inquit, *arcanum cæleſte rimari, tibi iſtud ſoli patet, Imperator, cum Deo conſorte ſecretum.* At, quæ ſequuntur, ejuſdem ſunt palpi, ſed plane impii: *Illud dicam quod intellexiſſe hominem & dixiſſe fas eſt, talem eſſe debere,* (Imperatorem) *qui à gentibus adoratur, cui toto orbe terrarum privata vel publica vota redduntur, à quo petit navigaturus ſerenum, peregri-*

naturus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

narrus reditum, pugnaturus auſpicium. Eidem guſtus ſunt iſta à Nazario prlata, Panegyr. ad Conſtantium *A Exiſtimare de Principibus nemini fas eſt. Nam & in veſtibulo ſuo inquirentem re- pit objecta veneratio, &, ſi qui propius erunt, quod oculis in ſolem ſe contenden- tus evenit, præſtricta acie, videndi fa- ltate caruerunt.* Quis non cenſeat hic ivinum aliquod Numen adumbra- ? Non diſſimile, ſi non execrandum agis, quod habet incertus Auctor anegyrici, dicti Conſtantino Con- antii filio: *Cujus* (Imperatoris) *tam ulchra forma eſt, quam certa Divinitas.* Nec diſcrepat illud Ennodii Ticinen- ſis, Panegyrico ad Theodoricum Go- thorum Regem: *Inter Deos agnoviſſe proxime qui præſtitit, reddidiſſe eſt bene- ficium.* Cauſſam tetigimus, quæ im- pulit ante Juſtinianum, alios Principes; ut humano faſtigio excelſiora elogia frequentarent. Valeant ea quoque cir- ca Juſtinianum, & excuſent eum alio-

rum exempla, modo certum maneat, ut certiſſimum eſt, Juſtinianum ambitioſiſſimum fuiſſe, atque cornua ei addidiſſe ſucceſſus bellicos. Nam juxta Jornandem de reb. Geticis, fuit *victor gentium diverſarum*: Et, ut uſurpem verba Pauli Diaconi *lib.* 1. *de Geſt. Longobard. cap.* 25. Per Beliſarium Patricium Perſas fortiter devicit, perque ipſum Beliſarium Wandalorum gentem, capto eorum rege Geliſmero, uſque ad internecionem delevit, Africamque totam, poſt annos nonaginta ſex, Romano imperio reſtituit. Rurſumque Beliſarii viribus, Gothorum in Italia gentem, capto Withice eorum Rege ſuperavit. Mauros quoque poſt hæc Africam infeſtantes, eorumque Regem Attilam, per Johannem Exconſulem mirabili virtute protrivit, pari etiam modo & alias gentes belli jure compreſſit. *Hæc Diaconus*, qui tamen non meminit devictorum Francorum, & Longobardorum:

rum: & tamen ob has victorias apud ipſos Barbaros Juſtinianus in veneratione fuit. Theodoricus Gothorum Rex apud Caſſiodorum l. 10. c. 19. ſic illi ſcribit: *Vos omnia Regna* (inquit) *venerantur, commune eſt cunctis in ſuis imperiis prædicari, ſed illud eſt ſingulare, in extranea gente laudes invenire, quia ibi ſunt vera judicia, ubi neminem comprimit ſua timiditas.* Ut publice vero magnitudinem hanc ſuam teſtatam faceret Juſtinianus, & ſimul quaſi probaret pietatem, *extruxit intra Vrbem Conſtantinopolim, Chriſto Domino, qui eſt ſapientia Dei patris, templum, quod Græco vocabulo,* ΑΓΙΑΝΣΟΦΙΑΝ, *ideſt, ſanctam ſapientiam nominavit. Cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis terrarum ſpatiis, huic ſimile non poſſit inveniri,* ut loquar cum Diacono l. d. de hoc templo, de quo tamen fuſius agit Procopius l. 1. de Ædific. Juſtiniani; quæ quamvis hactenus laudes mereri videri poſſent, nemo tamen probaverit ſuper-

bam & invidendam illam ſtatuam, quam ſibi ipſi poſuit. de qua ita Codinus in deſcript. Urbis Conſtantinop. per Interpretem *loquitur*: Cum Juſtinianus S. Sophiam condidiſſet, repurgavit aulam, & marmoribus exornavit, quum antea γουστεῖον, hoc eſt, forum placentarium eſſet. ideo ſtatuam ſuam equeſtrem columnæ impoſuit, atque ſiniſtra manu globum, cui crux infixa eſt, continet, quod ob fidem in crucem, univerſo orbe terrarum potitus ſit. nam globus is, terra eſt, ob rotundam ejus figuran. Fides autem eſt crux, quia Deus in carne illi fuit affixus. dextram manum verſus Orientem extendit, ſeditionem Perſarum ſignificans, ac porrectione & repulſione digitorum domitans, ne Romanas provincias ingrediantur: στῆτε Πέρσαι, καὶ μὴ πρόσω χωρεῖτε. οὐ γὰρ συνοίσει ὑμῖν, State Perſæ: nec progredimi. nam non conducet vobis. *Hæc Codinus.* Quis Principum Gentilium quoque, ne de Chri-

Chriſtianis dicam, quibus accenſendus venit Juſtinianus, reipubl. hoſtibus æque pro imperio edicere ſuſtinuit, ne finibus ſuis excederent. Sed hoc ſuaſit Juſtiniano innata ſuperbia, promoventibus eam adulatoribus, quos circa ſe plurimos habuit. Qui terræ dominium ſibi deberi putabat, Dei quoque ſacrarium ordinare ſuſtinuit. Expreſſe notat Anaſtaſius in Agapeto Papa, cui diſſentienti & quidem meritò, Juſtinianum his verbis minatum ſcribit: *Aut conſentito nobis, aut exilio deportari te faciam!* Simul erroneum dogma de incorruptibili humanitate Chriſti, poſt unionem, Eutychium pro imperatoria poteſtate, aut ratum habere, aut exulare juſſiſſe, refert *Euſtathius*, ſcriptor σύγχρονος. Hæreſin hanc *Aphthardocitarum* vocat Baronius ad Annum 563. atque pertinaciam Juſtiniani in ea propugnanda, & perſequendis Orthodoxis, qui ſe opponebant, fuſe poſt *Niceph. l. 17. cap. 24*

& Euagr. lib. 4. *cap.* 38. expendit. Præterea, Juſtinianum omnes Epiſcopos, qui in diſceptationibus de fide ac religione à ſe diſſentirent, vel conjeciſſe in vincula, vel ſupplicio affeciſſe, teſtatur *Victor Timunenſis in Chronico*, *& Liberatus Diaconus in Breviario* cap. 34. Quibus omnibus inter ſe collatis, Baronius ad annum 565. non dubitavit ſic ſcribere: *Subit annus Iuſtiniani principatus undequadrageſimus, idemque poſtremus. moritur autem quemadmodum virtutum laude, ita vitiorum labe conſpicuus: quo factum, ut adverſa admodum de eo Scriptores tradere videantur.* Scilicet Juſtiniano idem contigit, quod Auguſto; cujus fortunam poſt exceſſum notavit Tacitus libr. 1. Ann. cap. 1. cum ait: *Apud prudentes vita ejus varie extollebatur, arguebatur.* Si vero circa Juſtinianum vel ea duntaxat, obſervemus, quæ & certiſſima, jam antea notavimus, ſtupendum ipſius faſtum, quicquid forte virtutum fuit, obſcuraſſe liquebit:

bit: hoc licet elogio condecoretur à Paulo Diacono loco dicto: *Erat hic Princeps fide Catholicus, in operibus rectus, in judiciis juſtus.* Ut armis vero inclareſcere laboravit; ſic pacis quoque artibus eminere voluit, unde ad Legum qua repurgationem, qua correctionem animum adjecit, quod diſtincte & compendioſe his verbis refert *Diaconus*: Leges quoque Romanorum, quarum prolixitas nimia erat, & inutilis diſſonantia, mirabili brevitate correxit. Nam omnes conſtitutiones Principum, quæ utique multis in voluminibus habebantur, intra duodecim libros coarctavit, idemque volumen Codicem Juſtinianæum appellari præcepit. Rurſumque ſingulorum Magiſtratuum ſive judicum leges, quæ uſque ad duo millia pene libros erant extenſæ, intra quinquaginta librorum numerum redegit, eumque Codicem, Digeſtorum ſive Pandectarum vocabulo nuncupavit. Quatuor etiam Inſtitutio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

num libros, in quibus breviter univerſarum legum textus comprehenditur, noviter compoſuit. Novas quoque leges, quas ipſe ſtatuerat, in unum volumen redactas, eundem Codicem Novellarum nuncupari ſancivit. *Hactenus Diaconus.* Inſtitutum hoc non diſcutio. probarunt plurimi, improbarunt alii. Inter quos viri hoc ſeculo maximi, *Iuſtus Lipſius*, tum alibi, tum ſpeciatim lib. 2. Monit. & Exempl. Polit. cap. 10. & *Claudius Salmaſius* Præfatione in Exercitationes Plinianas. Ego, qui neque Juriſconſultum, neque Juriſconſulti filium me agnoſco, malo ἐπέχειν. Ut enim de pictore, ſculptore, fictore, niſi artifex judicare; ita niſi exercitatiſſimus Juriſconſultus non poteſt perſpicere tantum Legiſlatorem; ut verbis *Plinii lib.* 1. *ep.* 10. leviter immutatis utar. Interim tria occurrunt, quæ nemo cum ratione probaverit. *Primo*, quod Juſtinianus ſupremum arbitrium, inſtituti

per

per ſe non improbandi, commiſerit Triboniano; qui qualis fuerit, indicat Suidas, ita per Interpretem *loquens*: Tribonianus Macedoniani Filius: à dicegoris hyparchis (ἀπὸ δικηγόρων τῶν ὑπάρχων) gentilis fuit & impius? (ἄθεος) omnibus modis à Chriſtiana religione alienus; adulator & impoſtor; (κόλαξ δὲ καὶ ἀπατεὼν) qui perſuaſum conabatur Juſtiniano, eum non moriturum, ſed cum carne in cœlum aſſumptum iri. Fuit autem quæſtor Juſtiniani. Hic & ingenii facultate utebatur, & ad ſummam pervenerat eruditionem; nemine ſuæ ætatis inferior: pecuniæ ad miraculum avidus, jus pretio vendere ſolitus: & leguni dies alios plerumque tollebat, alios ſcribebat, pro cujuſque neceſſitate accepto pretio. Eo in honore cum multos annos vixiſſet, morbo deceſſit; nihil injucundi à quoquam perpeſſus. Nam & facundus erat, ac cętera ſuavis, (καὶ τῆς φιλοχρηματίας τὸ νόσημα ἐπισκιά-

σαι ἱκανώτατος τῇ τῆς παιδείας περιουσίᾳ) & avaritiæ morbum amplitudine doctrinæ ſolertiſſime occultabat. *Hæc Suidas*: quis tamen tam vaſtum & putidum avaritiæ mancipium, Juſtitiæ ſacerdotem agnoſcat, atque idoneum Juſtiniani in re tam ardua adjutorem? *Secundò* jure merito arguendus venit ipſe Juſtinianus, quod Triboniano reliquiſque ſuis adjutoribus (indignantibus, ſi non frementibus hoc nomine majorum gentium Juriſconſultis) amplam nimis poteſtatem conceſſerit, circa veterum Icc. ſcripta & antecedentium Principum Conſtitutiones. Ipſe Juſtinianus ſic de hac à ſe conceſſa poteſtate loquitur leg2..§.20. Cod. de Vet. jure enucleando: *Tanta autem à nobis antiquitati habita eſt reverentia, ut nomina prudentium taciturnitati tradere nullo modo patiamur, ſed uniuſcujuſque eorum, qui author legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt: hoc tantummodo à nobis effecto, ut, ſi quid in legibus eorum vel ſuperva-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

pervacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum viſum eſſet, vel adjectionem, vel deminutionem neceſſariam accipiat, vel rectiſſimis regulis tradatur, ſed & ex multis ſimilibus vel contrariis, quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus poſitum eſt. & iterum leg. 3. §. 10. Cod. eodem tit. *Tanta* (inquit) *nobis reverentia antiquitatis fuit; ut neque mutari nomina veterum Icc. ſustinuerimus, ſed uniuſcujuſque illorum appellationem legibus inſcripſimus. mutantes quidem, ſi quid jam habere viſum eſt non recte, partes vero illas nunc tollentes, has nunc addentes, ex multis denique optimum eligentes, & unam (atque parem) omnibus præbentes poteſtatis vim, (ſeu robur:) ita ut quicquid ſcriptum eſt, id noſtra ſit ſententia,* &c. Quis ergo poſthac certo non credat, in plurimis legibus veterum Icc. mentem perverſam, atque eorum opinioni vim factam fuiſſe? eamque ob cauſſam, non dubitarunt ſummi omni ævo Icc. inclementer dicere Triboniano, licet æſtimarent

condigne Jus Juſtinianæum. Sed *tertio* non minus reprehendendi Tribonianus & Socii, quod cum Juſtinianus Imp. (patet ex *Conſtit. de Confirm. Digeſt.*) iis decennium indulſiſſet pro ordinandis Pandectis ex libris veterum Icc. qui numerum (videatur *Proœm. Digeſt.*) duorum millium ſuperabant, & breviori tempore illud peragi non potuiſſe, Imperatori prudenter videbatur; hi præpoſtera diligentia (ſeu potius inconſulta feſtinantia) triennio perfecerint, cum evolvendis tot libris tanti ponderis & tam profundæ ſcientiæ, nullum tempus nimium fuiſſet. Sed feſtinabundus Tribonianus, idemque adulator maximus, putavit exercendam ſibi eſſe poteſtatem, quam indulgentiſſimus Imp. conceſſerat, eoque non difficile ei fuit, dum omnia mutilat, interpolat, corrigit, adauget, antiquos Icc. licet millies diſſentiant, ſpatio triennii in concordiam redigere, eoſque exhibere quaſi pa-

ſi patronos illius potentiæ, quam à ſe homine peſſimo ſimilibuſque aſſentatoribus, & aulæ ſoricibus circumventus Juſtinianus, præter morem majorum, & exemplum Principum, qui præceſſerant, ſibi (ut jam antea notavimus) arrogare auſus fuit. Certe credulo principi, & à talibus, qualis ſuus Tribonianus erat, obſeſſo, applicare licet illud Juvenalis Satira quarta ℣. 70.

—— Nihil eſt; quod credere de ſe
Non poſſit, cum laudatur Diis æqua
poteſtas.

Ante ſeculum, & quod excurrit, eximius Ic. Pardulphus Pratejus, collegit integros libros, Geminationum, omiſſionum, perverſarum ſententiarum, inverſionum, & conciſorum: ex quibus quantum judicio, fidei, & diligentiæ Triboniani & adjutorum ipſius, imo Juſtiniani quoque, tribuendum ſit, abunde patet. Speciatim in Ulpianum Triboniani ſcalpel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

lum ſe exercuit. Unum exemplum inſtar omnium fuerit. Ex illius interpolatione ita quaſi habet lex 9. §. 3. ff. de R. D. *Quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi Deo non ſit conſecratum.* item lex 3. §. fin. ff. de Jurejur. *Iurari autem oportet, ut delatum eſt iuſiurandum. cæterum ſi ego detuli, ut per Deum jurares, tu per caput tuum juraſti.* atque lex 33. eod. tit. *Qui per ſalutem ſuam jurat: licet per Deum jurare videtur. (reſpectu enim Divini numinis ita jurat) attamen, ſi non ita ſpecialiter iuſiurandum ei delatum eſt, juraſſe non videtur.* Quis vero ſibi perſuadeat, Ulpianum, hominem Gentilem ita ſcripſiſſe? & quando conſecratorum & juramenti mentionem facit, unius ſolum Dei voluiſſe meminiſſe? In Fragm. tit. 22. quo agit de hæredum inſtitutione, contendit Deos quoque heredes inſtitui poſſe, ſpeciatin Jovem Tarpejum, Apollinem Didymæum, & Martem Gallicum. Si quis reſponderit, probandum

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

dum interim eſſe Tribonianum, quod Diis Gentilium, qui mendaces omnes fuerunt, ſubſtituerit unum verum Deum non refragabor admodum. Sed cum eo colligam, verum ergo agnoſci debere illud, quod intendo; atque hunc ipſum Juris interpolatorem ut ſeculo Juſtiniani placeret, & convenienter ſubſerviret Principi ambitioſiſſimo, antiquorum Icc. Leges pro ſuo arbitratu interpolaſſe, diſpunxiſſe, & caſtraſſe. aliud non intendo. hoc mihi ſuf= ficit. Occaſionem quoque videor indicare poſſe, cur prę omnibus antecedentibus Principibus, Juſtinianus criſtas auſus fuerit tollere. ut illa pateat, omnia altius ſunt accerſenda, & κατὰ πλάτος deducenda. Florente republ. ſupremus dignitatis & imperii apex fuit Conſulatus. qui *ſumma poteſtas* vocatur à Sueton. libr. 4. cap. 26. *ſummum bonum, primumque in mundo decus*, à Jornande de Rebus Goth. quo pertinet illud Chryſoſtom. hom. 10. Epiſt. ad

Hebr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Hebr. *τί γὰρ εἰπέ μοι μέγα νομίζεις; ποῖον ἡγῇ μέγα ἀξίωμα εἶναι; τὸ τοῦ ὑπάτου. οὐδὲν γὰρ τούτου τοῦ ἀξιώματος μεῖζον νομίζουσιν οἱ πολλοί.* At ſimulac Cæſar remp. occupavit, ordinem antiquitus obſervari ſolitum turbavit. Stante rep. Conſules Comitiis Centuriatis creabantur, ac honorem inibant Kal. Januariis, quare & annum aperire dicebantur, ut centies millies ab aliis obſervatum fuit: Sed idem obſervatum non fuit ſub Principibus. Verum quidem eſt Conſulatui integrum manſiſſe honorem, interim ipſorum Conſulum poteſtas & authoritas enervata fuerunt. Hinc, inter alia imperandi præcepta, quibus Mecœnas Auguſtum inſtruit apud Dionem. libr. 52. occurrit: *τοῖς ὑπάτοις τὴν μὲν τιμὴν φύλαξον, τῆς δ' ἰσχύος παράλυσον.* Quod & anquiſite obſervatum fuit. Nam Principes, ſimulac Imperium indepti eſſent, Conſulatum quoque ſuſcipiebant. Inde illud Plinii in panegyr. ad

Traja-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Trajanum: *Conſulatum enim ſuſcipit Princeps, Præfecturam Prætorii, Magiſterium, aut Patriciatum non gerit.* ibid. *Conſulatum & incipientes Principes, & deſinentes, adeo concupiſcunt, ut auferant.* Et ipſe Juſtinianus Novel. 105. quæ agit de Conſulibus, cap. 2. §. 4. *Imperatori jugis & indeſinens Conſulatus.* Similiter Vetus Inſcriptio de Vitellio, apud Gruterum pag. 239. 1.

A. VITELLIUS. L. F.
COS. PERP.

Ut civiles tamen viderentur, Auguſti exemplo, Principes eum ſubſequentes, Conſulatus non modo ſocios aſciverunt, verum etiam eum quotannis quoque inire ſoliti fuerunt: licet ut plurimum quoſdam alios ſibi ſubſtituerent. De Octavio Auguſto Sueton. libr. 2. cap. 37. *Exegit autem, ut quoties ſibi conſulatus daretur, binos pro ſingulis Collegas haberet. nec obtinuit, reclamantibus cunctis, ſatis majeſtatem ejus imminui, quod honorem eum non ſolus, ſed cum*

altero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

altero gereret. Idem Suetonius jam antea de illo dixerat cap. 26. *Conſulatum* XX. *ætatis anno invaſit*, &c. *Secundum Conſulatum poſt novem annos, tertium anno interjecto geſſit: ſequentes uſque ad undecimum continuavit, multiſque mox, cum deferrentur, recuſatis, duodecimum magno, id eſt, ſeptemdecim annorum intervallo, & rurſus tertium decimum, biennio poſt, ultro petiit.* voluit ſiquidem Auguſtus non videri Conſul, niſi more majorum ad conſulatum commendatus. Moderatior & prudentior hac in parte Patre Julio, Dictatore licet, de quo Suet. libr. 1. cap. 67. teſtis eſt, tum *honores nimios recepiſſe, tum continuum conſulatum.* quod equidem adverſabatur antiquiſſimo plebiſcito, cujus meminit Livius ſub finem libr. 7. quo cautum erat, ne quis eundem Magiſtratum inter decem annos peteret. Poſt Auguſtum, & diverſimode ab Impp. Conſulatus initus, & Coſſ. habiti. Continuus conſulatus decretus

Ne-

Neroni, apud Tacitum l. 13. cap. 41. Quod ita tamen intelligi debet, ut Princeps Conſulatum ſuum aut alii cederet, aut quem ſibi Collegam aſciſceret: qui tamen Coſſ. ſæpius uno anno mutabantur. Dion libr. 43. teſtis eſt, ſuo tempore, neminem neque ad integrum annum, neque amplius duobus fere menſibus cum Collega aliquo Conſulem fuiſſe. verba hæc ſunt: ἐπὶ νῦν γε οὐδεὶς οὔτε ἐπ᾽ ἐνιαυτὸν οὐδὲ, ἐς πλείω διμήνου χρόνον, ὡς πλήθει σύν ἑτέρῳ τινὶ ἄρχει. Exemplum habet Tacitus lib. 1. Hiſt. cap. 77. ubi ita de Othone: *Conſul cum Titiano fratre in Kal. Mart. ipſe proximos menſes Verginio deſtinat.* ſcil. Otho abdicando ſe Conſulatu, eum defert Verginio. Unde ſuperbus habitum fuit Domitianus, quod Conſulatus ſibi uni vindicaret. Suet. cap. 13. *Conſulatus* XVII. *cepit: ante eum nemo.* qui locus luculenter illuſtratur ſequentibus Auſonii verbis, qui ita in Gratiarum Actione ad Gratianum cap. 9.

Ipſum

Ipſum enim te ſæpius (inquit) *hoc honore defraudas, ut & aliis largiaris. Scis enim, Imperator doctiſſime, rurſus enim utar laude privata. ſcis, inquam, ſeptem ac decem Domitiani conſulatus, quos ille, invidia alteros provehendi, continuando conſeruit, ita in ejus aviditate deriſos, ut hoc eum Pagina Faſtorum ſuorum, immo faſtidiorum fecerit inſolentem, nec potuerit præſtare felicem.* Ab hoc tempore duplices fuerunt Conſules: Ordinarii & ſuffecti. Lamprid. in Alexand. Severo: *Conſules quoſcunque vel ordinarios, vel ſuffectos creavit, ex Senatus ſententia nominavit.* Iſid. l. 10. Orig. ſub finem: *Suffectus, in loco alterius ſuppoſitus. quaſi ſuffactus. Vnde & Conſulem ſuffectum dicimus eum, qui pro alio ſubſtituitur.* In Faſtis & Ordinarii & Suffecti annotabantur. Ordinarii autem Kal. Januar. honorem inibant. Suffecti ſeu Kal. Martiis, ſeu, Kal. Juliis, ſeu alio tempore. Suffectus Conſul fuit Plinius Junior: qui ita de ſuo Conſulatu in Panegyrico ad Trajanum: *Ergo non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

go non alia nos pagina, (inquit) *quàm te Conſulem accipiet, & noſtra quoque nomina addentur Faſtis, quibus ipſe præſcriberis.* Quæ verba ex ipſis Faſtis illuſtrantur, in quibus ſic legitur:

IMP. CÆS. DIV. NERV. F. NERVA
TRAJAN. OP. AUG. IV. COS.
ET. SEPT. L. PLINIUS C. F. C. N.
SECUNDUS. CÆCILIANUS.
CORNUTUS TERTULLUS.

Poſtmodum & acceſſerunt tertii Ordinis Conſules, Honorarii dicti, qui Conſulatum non inibant, ſed Codicillos Conſulares à Principe accipiebant, quorum formulam exhibet Caſſiodorus lib. 6 Var. Epiſt. 20. eoque nec nomina eorum in Faſtis annotabantur. Ita legas in Præf. Novel. 70. *Novimus enim quia antiquitus erat quædam præfecturæ figura, quam honorariam vocabant, codicillis ab imperio ſuper ea collatis. hanc autem ita nominabant, ut nihil aliud, niſi purum honorem iis, quibus præbebatur, conferret.* Talis dignitatis collatio, dicitur

quo-

quoque *allectio*. Capitolinus in Pertinace: *Cum Commodus allectionibus innumeros prætorios feciſſet, Sc. Pertinax fecit, juſſitque eos, qui præturas non geſſiſſent, ſed allectione accepiſſent poſt eos eſſe, qui vere prætores fuiſſent.* Quem locum tamen longe aliter legit Salmaſius. Cauſa, cur honorarii hi Magiſtratus inſtituerentur, fuit hæc; quod reliqui Conſules cum honorem inirent, maximos ſumptus facere deberent. Caſſiodorus l. d. *Quid ſi expenſas Conſulatus pauper nobilis expaveſcat?* Suffecti Conſules, in Nundino, aut Nundinio, (antiqua Exemplaria variant) & deſtinari & Magiſtratum inire ſolent, ut ex plurimis Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptorum locis patet. Cauſſam aliam neſcio adferre, quam (ſed poſt *Gruchium* lib. 1. *de Comit.* cap. 3.) attulit Incomparabilis Salmaſius ad Hiſt. Auguſtæ Scripiores. Non poſſum quin verba tanti viri exhibeam, quæ occurrunt p. 417. *Quare autem* (inquit) *appellata nundina*

vices

vices & iſti ordines ſuffectorum Conſulum, puto rationem arceſſi poſſe ex veteri more creandorum Conſulum, cum penes populum comitiorum & campi jus erat: tribus enim nundinis, vel in trinundinum indicebantur Comitia: ſed & Candidati ipſi nundinis in Comitium veniebant, populo ſe oſtendebant, & ſingulos prenſabant: quod & ipſum internundino etiam faciebant. Ad eam rem igitur trinundini tempus dabatur petituris Conſulatum. Cicero de Cæſare: (occurrunt hæc libr. 16. Famil. ep. 12.) Neque abſentis rationem haberi ſuì: ſe præſentem trinundinum petiturum. *Mutato more & jure deſignandorum Conſulum à populo in Principem tranſlato, mos tamen idem videtur remanſiſſe, ut candidati nundinis in Comitium venirent, & ab omnibus viderentur. Hinc* nundinum *vel* nundinium, *pro Conſulum ordinatione uſurpatum eſt.* Hactenus Salmaſius, in quibus acquieſco. Propediem ξὺν Θεῷ noſtra Diatriba de Nundinis plura exhibebit; quando pariter examinabi-

mus,

mus, quę ὁ πάνυ nimis quam ſcrupuloſe, (ingenioſe licet) de *nundiniorum* diſtinctione, dicto loco excogitavit. Illud præterundum non eſt, quod in V. Gloſſario quantivis pretii, occurrant *Nundina*, & Græce reddantur πανήγυεις. Ego putarim ſcribendum eſſe, πανυγύρεις. Nam *Nundina* ſunt multitudinis numeri. In his ſcil. Nundinis Conſularibus, frequens populi erat conventus, & ſimul ibi habebantur Orationes Panegyricæ; in honorem ut plurimum eorum, qui ſuo Nundinio XII. faſces accipebant. Simul novi Conſules ludos varios edebant, & multiplices populo delitias exhibebant, profuſſimos ſumptus facientes, ut jam antea ex Caſſiodoro notatum fuit. qui ſumptus, cum multos, ambitione pro conſequendo Conſulatu excæcatos (apex enim & portus omnium dignitatum Conſulatus erat) non modo premerent, ſed ad remp. quæſtui habendam adigerent, (conſtat vel ex Oratione Libanii

panii de Patrociniis à Jacobo Godofredo primitus vulgata) Juſtinianus occurrere voluit, promulgando Novellam c v. qua ſumptus nimios moderatus eſt: ſed, cum ne hiſce quidem limitibus quorundam faſtus & ambitio coarctarentur: hinc illud tandem, tum Imperatoris tum ſui Triboniani & aliorum Conſiliariorum ſubiit animum, ut Conſulatus dignitas ampliſſima paulatim proſcriberetur: prætexunt quidem nonnulli, qui cæco Juſtiniani amore excæcati ſunt, factum hoc eſſe ex uſu non minus reip. quam plebis, quæ aſſueta donariis, quæ à novis Conſulibus accipiebat, otioſa laſciviebat. Sed aliud occultius conſilium ſubfuiſſe, modo patebit. Utut ſit, Juſtinianus Conſulatum abrogavit & obliteravit. Procopius in Arcana Hiſtoria pag. 115. *Non eſt omnino Comitia videre Conſularia; quare extremam mortales oppreſſi ſunt egeſtatem.* Recte paupertatis meminit, quòd mercatoribus

& inſtitoribus, poſt hoc tempus non licuerit illa deſignatis Conſulibus pretio offerre, quæ ad inſtruendam pompam faciebant. Simul Conſulibus ſubmotis, (ſolus hic obex obſtabat) tuto licuit Juſtiniano ſuæ Avaritiæ indulgere; quæ quam profunda & Imperii ſubditis gravis fuerit, audiatur ex Euagrio Scriptore Chriſtiano, itemque Eccleſiaſtico, qui ita de illo l. 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 29. *In Iuſtiniano* (inquit) *tam inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas*, (χρημάτων ἄπληστος) *& tam turpis atque aliena rerum alienarum appetitio, ut omnia ſubjectorum bona, his qui Magiſtratus adminiſtrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de cauſſa inſidias hominibus ſtruere volebant, ob auri amores vendiderit.* Complures aliæ cauſſæ fuerunt, cur abrogatum voluerit Conſulatum Juſtinianus. 1. Conſules, licet inferiores longe Principibus eſſent, ſub iis tamen admodum ſpectabiles erant. Ipſo Principe præſente Conſul præſidebat Senatui, prout patet ex

et ex Plinii Panegyrico. Quo pertinet quoque hic illius locus l. 2. ep. 11. *Princeps præſidebat (erat enim Conſul) adhoc Ianuarius menſis, cum cætera, tum præcipue Senatorum frequentia celeberrimus.* 2. Ipſum Principem interpellare poterat. Illuſtre exemplum habet Tacit. lib. 11. Ann. 3. Conſulum nomina præſcripta fuerunt publicis privatiſque monumentis ad memoriam temporum: atque adulationis nota incurrit ſub Tiberio M. Silanus, cum *ex contumelia Conſulatus, honorem* illum *Principibus peteret*, narrante Tacito lib. 3. Annal. 4. Imo *Conſulum vigiliis nitebatur, ne quod reſp. detrimentum caperet*, ut Tiberius apud eundem Scriptorem diſſerit libr. 4. Annal. 5. Eoque ſub Principibus ſceptra eburnea omni tempore geſtabant, quæ libera repub. duntaxat circa Triumphantes notabantur. Inde & Valerianus Auguſtus in epiſt. ad Aurelianum, quæ occurrit apud Vopiſcum in Aureliano: *Nam te Conſulem*

H 2 (inquit)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

(inquit) *hodie deſigno, ſcripturus ad Senatum, ut deputet tibi ſcipionem, ut deputet etiam faſces.* Ammian. Marcellin. l. 29. *Horret animus reminiſci, quo juſtitio humiliati tot rerum apices viſebantur, & præcipue Conſulares, poſt ſcipiones, & trabeas, & faſtorum monimenta mundana.* Imo ipſe Imperator ſolebat Conſulibus obviam procedere, quos ita ſalutabat: *Ave Conſul Ampliſſime*, ut conſtat ex Mamertino in Gratiarum actione: quod primus juxta Vopiſcum Carinus contempſit. Hæc & alia, cum Juſtiniano homini ambitioſiſſimo prægravia eſſent, conſilium iniit abolendi Conſulum nomen: quo ſuppreſſo, invenit pariter haut leve avaritiæ ſuæ auctoramentum. Principis enim (qui & bonus & liberalis haberi vellet) officium erat, ex Fiſco ſuccurrere pauperioribus Coſſ. ut ſumptibus ſufficere poſſent. quomodo conſtat ex Vopiſco, Valerianum Aug. Aureliano deſignato Conſuli ſuppetias tuliſſe. Ut vero Conſules exauctorare poſſet Juſti-

Juſtinianus (forte ex conſilio ſui Triboniani) in anteceſſum ſe muniit Lege Regia, orbique Univerſo, cui leges ſuas obtruſerat, perſuaſit, Principem Legibus ſolutum eſſe. Hanc occaſionem eſſe puto excogitandi hoc commentum, quod non niſi commentum habendum eſſe, liquere jam confido. Ut plenius atque diſtinctius hæc cognoſci poſſent, aliquanto altius ea, quæ ad Coſſ. pertinent, repeti debuerunt. Supereſt, ut *tertio* oſtendam, neque reliquos Imperatores, neque Icc. cum Juſtiniano & ipſius Triboniano, quod ad Legem Regiam, & ſupremam poteſtatem Principis, Legibus quaſi ſoluti, conſentire. Supra pag. 42. teſtimonio Severi, Antonini, Theodoſii & Valentiniani hoc probavi. Iterum paucis hic eſt oſtendendum. atque id ipſum, vel inde claret, quod ipſi Principes fateantur ſe Legibus ſubeſſe. De Divo Pio ita Marcianus leg. 22. §. 2. ff. de Jure Fiſci: *Lites donantis ſe non ſuſcipere Divus Pius reſcripſit, licet bona reli-*

ctorum ſe quis profiteatur, vel partem bonorum donatam non ſuſcipere. & adjecit, & illum dignum fuiſſe puniri pro tam turpi tamque invidioſo commento. Alexander Severus leg. 4. Cod. ad Leg. Falcid. ſic Philetiano reſcripſit: *Et in Legatis Principi datis Legem Falcidiam locum habere, merito Divo Hadriano placuit.* Nec ex Chriſtianis Impp. alius ſenſus fuit Conſtantini, qui leg. 6. Cod. de Teſtam. ita ad Voluſium ſcripſit: *Si quis forte Imperatorem hæredem inſtituerit: habeat mutandi judicii facultatem, &, quemcunque voluerit ſecundum leges in Teſtamento ſuo heredem ſcribendi.* Eodem titulo, & quidem lege proxima, Valens, Valentianus, & Gratianus AAA. Maximo reſcribunt: *Cum hæredes inſtituuntur Imperator ſeu Auguſta: jus commune cum cæteris habeant.* Verum quidem eſt, jure Romano ſæpe videri innui Principem ſolutum eſſe Legibus, ſed per Leges tum intelligi debent Juris ſolemnia. Quomodo Lex *Gaii & Mauriciani*, 56. & 57. *de legat.* 2.

agunt

agunt de caducariis Legibus: Lex *Pauli 23. ff de Leg. 3.* de Solemnibus Teſtamentorum. Quo & referri debet Alexandri Imperatoris Lex, quæ eſt *Lex 3. Cod. de Teſtam.* Imp. Pertinacis *Reſcriptum*, cujus meminit Juſtinianus *§. ult. Inſtitut. quibus mod. teſtam. infirm.* Theodoſii M. *Lex 2. Cod. Theodoſ. de teſtamentis. Lex 14. §. 1. ff. de Manumiſſ.* quæ Pauli eſt, agit de ſolemnibus Manumiſſionum. Pariter, ut ipſe Juſtinianus cum ſuis Anteceſſoribus componi queat, in ſimili plane Argumento, *Lex* ipſius 34. *Cod. de Donation.* agit duntaxat de ſolemnibus Donationum. Atque, jam facile eſt expedire & Ulpianum, & arguere ſceleſtam Triboniani manum. Ulpiani Lex XXXI. habet hanc inſcriptionem: *Vlpianus libr. 13. ad L. Iuliam & Papiam.* Tribonianus perſuaſum vellet Ulpianum ſcripſiſſe: *Princeps legibus ſolutus eſt.* Sed, cuinam ita male cum ratione convenit, ut non videat Principem Ic. (nihil aliud ſua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

debat argumentum, in quo occupabatur) ſic ſcripſiſſe: *Princeps his legibus ſolutus eſt.* quod axioma ut eſt particulare; ita Tribonianus, quo ſerviret ſuo Juſtiniano, expunxit voculam *his*: & ſimul viſus eſt propoſitionem particularem Univerſalem reddidiſſe; ſeu potius pomum Eridis miſiſſe. Pariter cum idem Ulpianus duntaxat ſcripſiſſe. *Quod Principi placuit, Legis habet vigorem*: Triboniani manus ſequentia (ignorante plane Ulpiano) de ſuo ſuperaddidit licet, *Vtpote cum Lege Regia*, &c. ſuadente ſcil. bella illa Lege, 1. §. Cod. de Vet. Jure Enucleando. Quæ ſi quis, attendendo ad pręcedentia, ſe videre non dicat, talpa quocunque mihi cenſebitur cæcior. Neganti, quando ſcribendę forte Vindiciæ fuerint, parata erunt & Collyria Ophthalmica, & vitra eodem ſpectantia. Et ſic quidem hactenus, Mi Frater, ſententiam meam juxta conſtans & hiſtoriæ & rationis filum integre & deduxiſſe & aſtruxiſſe videor. Indigna-

gnabuntur ſcio & femur ferient illi, qui ſoli ſibi videntur Icc. qui homines quamvis nullam legem Romanam more Romano interpretari ſciant, & duntaxat ad ſingulas Leges, quæ in Jure Juſtinianæo occurrunt, collegerint quaſdem Quæſtiones, variorum Doctorum inter ſe diſſentientium præſidio munitas, (ex his Rhapſodiis, ſub Titulo Juris Romani conſcribuntur Libri, &, quod aliquis miretur, grande nomen comparatur) ſoli tamen ſibi videntur callentiſſimi Legum Romanarum eſſe, etiamſi & Hiſtoriæ Romanæ & rituum Romanorum ſint ignariſſimi. Sed tales, aut ultra Rabulas Forenſes aut Academicos Sophiſtas æſtimandos non eſſe, jam diu didici. eoque ſecurus ſum omnium quoque Libellorum, quos contra hanc Diatribam Doctores & Magiſtri noſtri voluerint vulgare. Mea probabuntur omnibus, qui modo noverint diſtinguere inter legum Romanarum Applicationem

Foren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Forenſem, & genuinam Explicationem. Eos vero, qui hæc voluerint examinare, in anteceſſum moneo, miſſos faciant recentiores Scriptores, atque ex interioribus Juris & Antiquitatis Romanę receſſibus defęcata mente ſuas rationes depromant, meiſque candide & abſque fuco opponant. Penarium noſtrum per Dei gratiam nondum eſt exhauſtum. Multa complectitur, quæ exhibere poſſit Cenſoribus, futuris ſeu modeſtis, ſeu maledicis. Interim mihi ſuſque deque eſt. Probavi antehac, nec decretum adhuc ſententiam mutare, prudens Veſpaſiani A. judicium, *Non oportere maledici Senatoribus, remaledici civile faſque eſſe.* Te, mi Frater, arbitrum delegi. Rubras majorum leges percalles, & quomodo eas interpretari conveniat, præ aliis exploratum habes. Ut plura de te dicam, obſtat meus mos, vetat tua modeſtia, nec patitur noſtra neceſſitudo. Gratulor mihi, tibi, & meis,

meis, quòd ita togatam militiam hactenus milites, ut & Dei & conſcientiæ agnoſcaris ſtudioſus. In quæ enim tempora incidimus! Prodolor! nimis quam verum eſt, quod eleganter dicit Petrus Bleſenſis Epiſt. 26. *Hodie* (inquit) *ſoli avaritiæ militant Patroni cauſarum, illud quondam venerabile nomen & glorioſa profeſſio Advocati, vileſcit venalitate, dum miſer & perditus linguam vendit, lites emit, matrimonia legitima diſſolvit, amicitias rumpit, ſopitarum litium cineres ſuſcitat, pactiones violat, detrectat tranſactiones, privilegia frangit, & in capturam pecuniæ pedicas & retiiacula tendens, jura omnia intervertit: & quemadmodum Pertinaci, triduo antequam occideretur, viſas eſſe pupillas ſine maginibus, quas reddere ſolent, ſcribit Spartianus; ita Advocatis, quibus eſt Lucri præcipua cura deeſt veræ virtutis imago.* Infelces vero qui ad hanc regulam ſunt compoſiti! Felices autem, quibus meliori lutro Deus finxit præcordia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

cordia. His ut te tuo merito verè accenſeo, ita is Ipſe, qui magnus Deus confirmet hunc tuum animum, ut, cum Rhodio illo nauclero nunquam hanc navim niſi rectam. Vale, chariſſime Frater, & bono publico diu feliciſſime rem gere. Groningæ Friſiorum, Nonis Sextil. cIↄ Iↄc LXI.

Tuus, ſincero amore, affectu,
& ſtudio Frater

MART. SCHOOCKIUS.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 31